Esemplare tarlato ma integro

ELEGANZE
INSIEME
CON LA COPIA DELLA LINGVA TOSCANA, E LATINA,

Scielte da Aldo Manutio.

Vtilissime al comporre nell'una e l'altra lingua.

Nuouamente riuedute, & con molta diligenza ristampate.

CON PRIVILEGIO.

IN VENETIA, M D LXIIX.

ALL'ILLVSTRE S. IL S. FELICIANO,

BARONE DI ERBERSTAN.

REDERREI Ill.& generoſo S.mio, piu toſto eſſer riputato ſouerchiamẽ te audace,che prudente, & ſaggio,ſe, nõ hauendo altra ſeruitù con V.S. I. uoleſsi con l'honoratiſsimo nome ſuo in quella parte rendere illuſtri, & chiare l'opere mie, nella quale ſaranno per auuentura fatte roze,& oſcure dal poco ſaper mio, quando ella non ſapeſſe meglio di me, che la gloria, & la uera lode ſi deue ſempre a quello, che n'è fatto degno dalla Natura, & giudicato etiandio meriteuole dal Mondo. Che, altrimenti facendo, non donetemmo alla Natura quella debita riuerenza, che ſe gli deue, & in un medeſimo tempo diſpiaceremmo al Mondo,ilquale ſi uede non ſolamente biaſimare,ma ancora odiare, che ſia fatto partecipe di alcuno honore,ouero de'beni della fortuna, alcuno reputatone indegno. Onde, Ill. S. mio, hauendo la Natura creato V. S. ſignore, & ſuperiore ad alcuni Popoli, con tutte quelle ſegnalate qualità, che ad un uero, & honorato S. ſi conuengono, & hauendola parimente dotata di bellezza di animo corriſpondente a quella del corpo,& douendo io mandare nuouamente

in luce questo mio uolume, rinouato, & arrichito da me di molte cose, che credo saranno di nõ picciolo giouamento a quelli, che si dilettano della politezza della lingua Latina; mi pareua si ricercasse da me, che io ne facesi dono ad alcun degno caualiere, che conoscesse di quanto ualore sia la uirtù, & fosse riputato degno dell'altrui uigilie, & fatiche. Hauẽdo adunque, oltre al testimonio d'infinite uoci, inteso da M. Agostino Ferentilli, affettionatiss. di V.S. & non meno intelligẽte nelle leggi di quello che si sia nelle lettere humane, quanto ella si diletti di tutte le scientie, & masimamente della copia delle lingue, datomi anco ragguaglio dal medesimo delle honoratiss. qualità sue, quantunque non habbia alcuna amiltà, ne seruitù seco, desideroso della sua gratia, ho uoluto per hora honorarla col presente uolume, ilquale essendo medesimamente ornato del dignisimo nome di un si magnanimo, & generoso S. sarà piu desiderato, & piu uolontieri letto da ogniuno. Si degnerà adũque accettarlo con quel buon'animo, con che glielo dono, come picciolo segno della diuotion mia uerso lei, & del desiderio, che ho da honorarla in qualunque occasione mi si presenterà; Con che, bacian dole le mani, me gli offero, & raccommando. Di Venetia l'ultimo di Maggio 1568.

Di V. S. molto illust.

affett. seruitore,

Aldo Manutio.

ELEGANZE, INSIEME CON LA COPIA DELLA LINGVA TOSCANA, E LATINA,

scielte da Aldo Manutio.

A

ABANDONARE.

PER *seguire le uoglie altrui, tu abandoni te stesso, e l'util tuo: per sodisfare all'altrui uoglie, lasci la cura di te stesso, e delle cose tue: a gli altri molto, a te stesso poco pensi: per cagione di altri, tu non miri punto, tu chiudi gli occhi, all'util tuo: altrui segui, parti da te stesso.*

Alienam uoluntatẽ ut sequaris, ut alienae uoluntati morem geras, ut aliјs satisfacias, aliorũ caussa, te ipsum destituis, deseris, derelinquis: de aliјs plurimũ, de te ipso, tuisq. rebus minime laboras: aliena tibi curae sunt, tua negligis: aliorum rationes pluris apud te, quam tuae sunt: propensior ad alios, quã ad te ipsum, tua uolũtas est quid aliјs placeat, quid aliorũ e re sit, attendis; ratio rerũ tuarũ quid postulet, minime cogitas: prae aliјs te ipsum negligis: ut sequaris alios, discedis a te ipso, deficis, desciscis.

Accadere.

Se accaderà, che io possa adoperarmi in tuo seruigio, non mancherò al debito mio: se occorrerà, se auuerrà, se uerrà occasione, se il tempo porterà, se il biso-

gno nascerà, se bisognerà, se sie bisogno, se sie dibi sogno, se occorrerà il bisogno, se la fortuna occasione porgerà, darà, mãderà, offerirà, dimostrerà, metterà inanti, se sie dalla fortuna presentata, offerta, dimostrata occasione, cercherò di confermare le parole con gli effetti.

Si accidet, ut operã nauare tibi possim, ut opera mea tibi utilis esse, e re tua esse, in rẽ tuam esse, e cõ modo tuo, ex usu tuo esse possit, officio meo nõ deero, satisfaciam officio meo, officiũ meum praestabo, nõ committam, ut officium meum desiderari possit, ut meae partes requirantur: si continget, si eueniet, si usu ueniet, si res, si tempus, si occasio feret, postulabit, poscet, exiget, requiret, si occasio se offeret, se dabit, se ostendet, offeretur, dabitur, ostendetur, si fortuna feret, occasionem attulerit, detulerit, praebuerit, ostenderit, si tempus accidet.

Accampare.

Messe il campo sotto Padoa: accampò sotto Padoa: condusse le genti sotto Padoa: assediò, attorniò, circondò, misse Padoa in assedio.

Apud Pataviũ castra posuit, locauit, cõstituit, fecit: metatus est; castrametatus est; Patauiũ obsidiõe cinxit, obsedit; suis copijs, suo sepsit exercitu.

Accarezzare.

Egli accarezza qualunque ua à uisitarlo, fa carezze, accoglie humanamente, con maniere di amoreuole affetto, e gentilezza ripiene, benignamente, con lieta faccia, usa benigne accoglienze.

Complectitur, quisquis eum it salutatnm, quicumque

cumque ad eum honoris cauſſa uenit, accedit, adit: euntes ad eũ ſalutandi cauſſa, ſalutãtes eũ honoris cauſſa, perhumaniter excipit, hilari admodum, ac benigno uultu, omni genere humanitatis, quod uultu, ac uerbis exprimi poßit, quam licet humaniſsime, ſic, ut nihil humanius, eo uultu, qui facile gratiam ineat, beneuolentiam conciliet, hominum animos amore deuinciat, ad amandum alliciat.

Accidenti.

L'humana uita è ſottopoſta, è ſoggetta, ſoggiace a mille accidẽti: mille accidẽti alla uita humana ſouraſtanno: poſſono all'huomo incontrare, intrauenire, auuenire, occorrere mille accidenti: qualunque naſce, mille accidenti, e uarij caſi, e gran diuerſità di fortuna aſpetta.

Innumeris fortunae telis propoſita eſt, expoſita eſt, patet hoĩum uita: impẽdẽt, imminẽt hoĩum uitæ caſus plurimi: euentus rerũ uarij ſingulis prope horis extimeſcẽdi, quiſquis uitã ingreditur, in hãc lucẽ prodit: ſpũm e caelo ducit, huius lucis uſura fruitur, eũ caſus innumerabiles manẽt, ei et quae uelit, et quae nolit exſpectãda multa sũt, eius animus ex uario rerum euentu perpetuo fluctuet, neceſſe eſt.

Accommodare.

Vorrei che tu mi accommodaßi di una camera, che tu mi ſeruißi, mi deßi cõmodità di una camera, mi conccedeßi una camera, mi deßi luogo in una camera.

Velim mihi cõmodes, accõmodes de cubiculo: ſi mihi cubiculũ cõceſſeris, meo cõmodo conſules: ſine me uti cubiculo tuo: liceat mihi, cubiculo a te cõceſ

so tuo beneficio frui, tua hũanitate, ac liberalitate.

Accompagnare.

Occorra ciò che uuole, io ti accõpagnerò del continouo, io ti sarò sempre a canto, a' fianchi, sarò teco, ti terrò compagnia, ti accompagnerò, da te non partirò mai, non mi scosterò, non mi separerò.

In omni te fortuna comitabor, tibi comes ero, me tibi comitem adiungã, aßiduum me comitem habebis, haerebo tibi, haerebo lateri tuo, a latere tuo nõ discedam, non diuellar, semper, nũquam non, in omni tempore ac loco, aßidue, aßiduus tecum ero, numquam abs te seiungar, digrediar, recedam.

Accrescere.

Accrebbe Pompeio grandemente l'imperio Romano, aggiunse molti paesi all'imperio Romano, fece assai maggiore, che prima non era, l'imperio Romano, allungò i termini dell'imperio Romano, grande accrescimento fece all'imperio Romano: crebbe molto l'imperio Ro. diuenne maggiore, accrebbe le forze sue, a maggior poßãza ꝑ opera di Põpeio peruẽne.

Valde Pompeius auxit, amplificauit imperiũ R. protulit, produxit, protendit imperij R. terminos, multũ addidit, adiũxit ad imperiũ R. multas regiones in populi R. poteſtatẽ redegit, populo R. subegit, ad populi R. ditionẽ adiũxit: magna per Põpeiũ ad imperij R. uires, ad opes populi R. acceßio facta est.

Accusare.

Benche Catone Censorio a niuno fosse inferiore di bontà, nondimeno fu accusato cinquanta uolte, fu chiamato in giudicio, sostenne il trauaglio di cinquanta

accusa-

accuſationi, fu reo, fu conſtretto a dar cõto della ui ta ſua, a prouare la ſua innocenza, a giuſtificarſi dell'opere ſue.

Cato, cognomento Cenſorius, qui Cenſorij cognomen tulit, qui Cenſorius eſt nũcupatus, qui Cenſorij cognomine uſus eſt, cum nemini eſſet probitate infe rior, neminem haberet integritate ſuperiorem, nemini de probitate concederet, bonitate inter omnes excelleret, praeſtaret, quinquagies tamen accuſatus eſt in iudicium uo catus eſt, poſtulatus eſt, ei di cta dies eſt, eius nomen delatum eſt, cauſſam dixit, uitae ſuae, actorum ſuorum, rerum a ſe geſtarum rationem reddere, uitam ſuam, atque innocentiam probare coactus eſt, ſubijt iudicium, uenit in iudicium, reus fuit, reus factus eſt, ſedit reus, ſedit reorum loco, iudicum tribunal adiuit, accuſatorum audijt impura maledicta, acerba conuicia, accuſationis moleſtiam ſuſtinuit.

Tu uieni accuſato di auaritia: ſei ripreſo, incolpato, biaſmato, uituperato, infamato, notato, taſſato del uitio dell'auaritia: uien detto mal di te, come di auaro huomo, di perſona troppo ingorda alla robba, troppo deſideroſa di hauere.

Auaritiae nomine male audis: auaritiae flagras infamia laboras infamia: auaritiae tibi crimẽ obijcitur, exprobratur: in te cõfertur auaritiae culpa: tibi auaritiae nota inuritur: ſuſpectus in primis es auaritiae nomine: accuſaris reprehẽderis, exagitaris, ut in auaritiã pronior, ad auaritiã procliuior, ut homo diuitiarũ nimis appetẽs, ĩmoderate ſitiens,

ſupra

ſupra modum cupidus, cupidior quam ſatis eſt, aui dior quam ſatis eſt, nimius in diuitiarū cupiditate.

Adoperare.

Adopererò tuo fratello in ogni coſa: uſerò l'opera di tuo fratello: mi ualerò, mi ſeruirò di tuo fratello.

Vtar ad omnia tuo fratre: utar opera fratris tui: fratri me tuo committam, tradam: ſi quid agendū erit, per fratrem tuum ut agatur, operam dabo.

Adulatione.

Non creder, ch'io ti dica queſto per farti piacere, per acquiſtarmi la tua gratia, per mettermiti in gratia, per andar a uerſo, per compiacerti.

Noli putare, me hoc auribus tuis dare, gratiam tuam aucupari, hoc me loqui ad uoluntatem, me uelle tuis auribns inſeruire, me eſſe blandum, aſſentatione uti, aſſentationis artificio tuam gratiam quaerere: ne me putes ficte loqui ad colligendam beneuolentiam tuam, ut gratiam a te ineam, te mihi ut adiungam, tuam in amicitiam ut me penitus inſinuem.

Affanno.

Graue affanno ſoſtenne Cicerone per la morte della figliuola, gran cordoglio preſe, acerba paßione ſoſtenne, fiera doglia patì, grandemente ſi addolorò, ſi affliſſe.

Doloris plurimum Cicero hauſit, accepit, cepit, tulit, ex morte, ex obitu, ex interitu filiae: grauiter eſt affectus, magna ſolicitudine affectus eſt, uexatus eſt, oppreſſus eſt: ita doluit, ut nemo magis; tā doluit, quam qui maxime: obitum filiae tulit acer

biſsime, ſic, ut iucunditatem omnem penitus amiſe rit, ſummum attulit dolorem Ciceroni, dedit, pepe rit obitus filiae: ſummam Cicero ſenſit acerbitatem, extincta filia.

Di un picciolo penſiero ſon' entrato in un grandiſsimo affanno: leggier cura mi premeua, hora gran penſiero mi affligge.

A minore cura maximã ad ſolicitudinẽ traductus ſum: curã equidem antea ſuſtinebã, ferendam tamen, nunc ſolicitudine premor ea, quae ferri non poſsit: hac ſolicitudine nihil grauius: uincitur animus meus, planeq. frangitur hac tam graui ſolicitudine.

Sento, patiſco, ſoſtengo, prouo intolerabile affanno, eſtremo dolore, doglia infinita, acerba paſsione, graue cordoglio, amaro tormento, crudel pena, duriſsimo trauaglio, troppo fiera angoſcia: il dolore mi traffige, mi ancide, grauemente preme, fieramente crucia, sẽza fine trauaglia, percuote, dibatte, ogni parte dell'animo rende inquieta, mi tormẽta l'aĩo, di ripoſo mi ſpoglia, a me ſteſſo mi toglie, da me ſteſſo mi diuide, mi fa crudel uiolẽza, mortalmente mi combatte: è troppo graue il dolore, intolerabile, duro, acerbo, amaro, fiero, crudele, tale, che ſoſtenere non ſi può.

Dolorem ſuſtineo, fero grauẽ, acerbũ, eiuſmodi, qui ferri uix poſsit: dolorẽ incredibilẽ capio, ſuſcipio, traho: dolore angor, conficior, excrucior, torqueor, affligor, uexor, perturbor, frãgor: oẽs mẽtis meae partes dolor exagitat, diuexat, perturbat,

afficit: uersor in acerbißima solicitudine: dolore discrucior, diuellor, disrumpor, perimor, interimor, exanimor, contabesco, opprimor, perdor: concidit animus meus ictu doloris, ui curarum, ac solicitudinis, concursu molestiarum labefactatus, atq: conuulsus: ita cecidit animus meus dolore perculsus, ut nulla res eum ad aequitatem posit extollere: iaceo in maerore, ac sordibus: curis maceror: aegritudine contabesco: aegritudine animi ita laboro, ut sanari uix possim, uel potius plane nō possim, ut spē salutis amiserim, salutem desperem, de salute desperem, spes salutis nulla omnino superstit: uersor in summo dolore, acerba solicitudine, graui cura, molestia, aegritudine, angore, maerore: uehementissime solicitor: acerbissime doleo: dolore angor incredibili: angor intimis sensibus: dolorem sustineo, quantum ferre uix possum, uel plane non possum, quantum ferre uix, aut ne uix quidem possum: me conficit cura: me dolor exanimat: ita fluctibus curarum iactor, ut a portu prorsus excludar, longe dimouear, amouear, summouear, arcear.

Affatto.

Tu conuersi meco del continuo, ma non intendi affatto l'animo mio, non in tutto conosci i miei pensieri, non del tutto, per ogni uerso, in ogni parte, pienamente, interamente, compiutamente, perfettamente.

Me uteris asſidue, asſiduus tibi mecum intercedit usus, cōsuetudo inter nos asſidua est, uerū tamen plane non tenes animū meū, prorsus non calles mea cōsilia, nō omnino mei tibi sensus patēt, nō penitus,

non

non perfecte, non ex omni parte, nõ uſquequaque.

Affettione.

Lodeuole è quella affettione, che noi portiamo a gli huomini per la uirtù, e non per la fortuna: opera lodeuolmente colui, che nell'amicitia alla uirtù mira, e non alla fortuna: quell'amore, che da' beni piu toſto di uirtù, che di fortuna, dipende, merita di eſſere commendato: qualunque nell'amore ſegue la fortuna, & alla uirtù non ha riguardo, non ha ſincero, e purgato giudicio.

Ea demum laudabilis eſt, ea praeclara beneuolentia, quam uirtus, non fortuna peperit: qui uirtutem in diligendis amicis, non fortunam ſequitur, is optimo conſilio utitur, laudabiliter agit, ei laus debetur: honeſtus, & rectus amor ille eſt, qui ex animi potius, quam e fortunae bonis exoritur, emergit, exiſtit, emanat, effluit: quicumq. fortunam in amore ſpectat, non uirtutem, iudicio labitur, ſincerum in eo, ſimplexq. iudicium requiras, deſideres.

Non è perſona, allaquale io porti maggior affettione, che a te, laquale piu a cuore di te mi ſia, la quale io ami piu di te, alla quale io uoglia maggior bene, che a te.

Nemo eſt omnium, in quem magis, quam in te, mea ſit propenſa beneuolentia, qui mihi te ſit carior, quem ego uehementius, quam te, diligam, quẽ ego maiore, quam te, beneuolentia complectar, magis ex animo, quam te, diligam. Vedi la parola, Amore: dou'è copia di eleganze, che ſeruono a queſto iſteſſo concetto.

Affet-

Affetto.

Vorrei, che tu uedeßi, quale ſia uerſo di te l'affetto dell'animo mio: deſidererei eſſerti paleſe l'intrinſeco del cor mio: caro mi ſarebbe, che tu poteßi ſcorgere le piu ſecrete parti dell'animo mio: ſommamente piacerebbemi, che de' miei occolti ſentimenti piena contezza tu haueßi.

Vellem, quae ſit in te animi mei propenſio, poſſes inſpicere: cuperem, ſenſus tibi patere intimos animi mei: uellem, quo modo animatus erga te ſim, oculis cernere tibi liceret: nihil mihi eſſet optatius quã ut eas mentis meae partes, quae oculos latent, ab oculis remotae ſunt, oculis minime patent, poſſes introſpicere.

Afflittione.

Trouomi con l'animo afflitto, in gran malinconia, con acerba paßione di animo, di peßima uoglia, da triſti penſieri attorniato.

Iaceo in maerore, ac ſordibus: afflictus maerore iacet, ac languet animus meus: peßime eſt animo meo: triſtißimis uexor, et conficior curis: maerore contabeſco, debilitor, conficior, obruor: nil me triſtius: deditus triſtitiae ſum.

Aiutare.

Deueſi aiutare, dare aiuto, porgere aiuto, ſouuenire, ſoccorrere al biſogno de gli amici, ſolleuare gli amici nelle ſciagure loro.

Laborantibus amicis opem ferre, opitulari, auxilium ferre, auxilio eſſe, praeſto eſſe, ſubuenire, ſubſidio eſſe, adeßе, minime deeßе debemus: ami-

eos miſerijs oppreſſos, leuare aequũ eſt, ius eſt, decet, conuenit: ſi quod in malum ceciderit amicus, accurrere, & erigere iacentem debemus.

Aiuta la patria, che ruina: ſoccorri alla ruina della patria: ſoſtenta la patria, che cade: porgi rimedio a gli ultimi mali della patria.

Fer opem occidenti patriae: excipe cadentẽ patriã: medere patriae, grauiſsime laboranti: eripe ſummis e miſerijs patriam: auxiliare, auxilium affer, auxilio ſis patriae: adiuua patriã: noli patriae deeſſe: noli cõmittere, ut patriã deſeras, ut auxiliũ tuum patria deſideret in tã aduerſa fortuna, in tantis malis, calamitatibus, infortunijs, miſerijs, tam duris, miſeris, triſtibus perditis temporibus.

Allegrezza.

Tãta allegrezza riceuo dalle coſe tue, quãto dalle proprie mie: le coſe tue niente meno mi rallegrano, che le mie: mi porgono quella allegrezza, mi apportano quella contentezza, mi danno quel piacere, quel diletto, quel conforto, che ſogliono le mie: riempiono l'animo mio di allegrezza, giouano all'animo mio, ſonomi grate, diletteuoli, e care le coſe tue al pari delle mie: prendo allegrezza, riceuo contentezza, piglio diletto, traggo conforto dalle coſe tue, come dalle mie.

Laetitiã ex rebus tuis eandem, quã ex meis, nihilo minorem, quam ex meis, capio, accipio, percipio, ſuſcipio, ſumo, haurio: laetitia me afficiunt res tuae aeque ac meae, pariter ac meae, nõ minus quã meae, nõ ſecus quã meae, non ſecus ac meae, non ſe

cus atq. meae, haud aliter ac meae: tuae me res efferunt laetitia, gaudiū mihi afferunt, pariunt, praebent, uoluptate me perfundūt itidem ut meae: tuis rebus, ut meis, afficior: quae meis rebus, eadem mihi e tuis oritur iucunditas, uoluptas, delectatio, laetitia, gaudium: tuis rebus ita laetor, ut meis.

Allungare.

Tu cerchi di allungare, di prolungare, tirare in lungo, menare in lungo, condurre piu oltre, tener sospesa, sospendere, trattenere, differire la cosa, mettere indugio nella cosa, dare indugio alla cosa, ritardare l'effetto della cosa.

Id agis, ut rem extrahas, ducas, producas, protrahas, differas, proferas, proroges, protendas, in aliud tempus reijcias, protrudas, ut rem suspēdas, sustineas, ut rei moram facias, moram inijcias, ut rei exitum moreris.

Vedi, che non mi si allunghi il tempo di questo gouerno, che non mi si aggiunga tempo in questo gouerno, che non mi cresca, non diuenga maggiore, che piu lungo non mi si faccia il tēpo di questo gouerno.

Vide, ne quid mihi ad hoc negotiū tēporis accedat, ne tēpus addatur, ne qua fiat accessio tēporis, ne quid mihi tēporis ī hoc negotio, in hoc munere, in hac administratione prorogetur; ne fiat longior, ne ducatur longius, ne sit diuturnior haec administratio.

Altiero.

Altiero sei per la robba ch'hai, nō per tue proprie qualità: nasce la tua superbia dalla robba, nō da qualità, che siano in te: superbo ti rendono le ricchezze, e non

e non i tuoi meriti, ò ueruna tua buona parte.

Tuae te efferũt diuitiae, nõ tuae propriae uirtu tes: insolentia tua, arrogantia, superbia non ex ani mi, nõ ex ingenij tui praestantia, sed ex opibus tuis manat: istam insolentiam, elationem animi, spiritus immoderatos in te parit nõ ulla tua singularis, aut praecipua facultas, meritorum ue conscientia, sed copiae, diuitiae, opes, res domestica plus aequo ma ior, commodorum abundantia: animos tibi facit, tollit te ad istam animi intemperantiam res fami- liaris, non ulla tua propria bona, nõ artis honestae scientia, aut uirtutis ulla possessio.

Amabile.

Egli è degno di essere amato: merita di essere amato: ha qualità, condicioni, parte, che amabile lo rendo no, che degno di amore lo fanno: egli è tale, che de- ue ogniuno amarlo.

Est, qui ametur: dignus est, qui diligatur: amore hominum dignus est: sunt in illo, quae amorem con- cilient: possidet, quae ad colligendam beneuolentiã ualent: ad alliciendas uoluntates, animos adiungẽ dos, comparanda hominum studia nihil desiderat, nihil in eo requiras, nihil ei deesse dicas: caussas a- moris in eo plurimas, odij nullam inuenias: ferreus sit, auersus ab humanitate, expers humanitatis, prorsus homo non sit, qui non illum amet, amore complectatur.

Amalato.

Egli era amalato per la fatica de gli studi: era cadu-

to in malatia per cagione de gli ſtudi: era infermo per troppo ſtudiare: giaceua a letto per lo ſtudio immoderato.

Aegrotabat ex labore ſtudiorum: iacebat ob ſtudiorum labores: morbo languebat ex intemperantia ſtudiorũ: male ſe habebat, inciderat in morbum, quod immoderate ſtudijs uteretur, quod ei ſtudiorum modus eſſet nullus, quia minime ſibi parceret in ſtudijs: affectus grauiter eſt, ualetudine utitur aduerſa, decumbit oppreſſus morbo, laborat morbo, ualet peſſime ex nimia ſtudiorum conſuetudine, ex immoderato uſu.

Amazzare.

Oreſte amazzò, ucciſe, priuò di uita di ſua propria mano, la madre, Clitenneſtra.

Oreſtes parentem Clytemneſtram ſua manu defodit, confodit, perfodit, uita exſuit, priuauit, morte affecit, puniuit, multauit, ultus eſt, uindicauit, interfecit, interemit, occidit, cecidit, peremit, trucidauit, obtruncauit; parenti uitam eripuit, mortem obtulit, attulit, intulit, uim intulit, attulit, manus attulit, intulit.

Amiciſsimo.

Moſtrerotti con gli effetti, che io ti ſono amiciſsimo, affettionatiſsimo, amico ſingolare.

Nullum erga te officium hominis amantiſsimi praetermittam: meam in te non mediocrem, non uulgarem, eximiam, ſummam, ſingularem, incredibilem beneuolentiam re declarabo, oſtendam, patefaciam,

te faciã, quouis officiorũ genere teſtificabor, teſtatã apud te relinquã, tibi probabo, ſic officijs, ac ſtudijs illuſtrabo, ut eã et tu, et oẽs clariſsime cernãt, ut ea tibi, atq. adeo cũctis hominibus clariſsime pateat.

Cicerone, e Catone erano ſtretti amici, e parimente amauano la republica.

Erant Cicero & Cato & amicitia, & ſenſibus in rep. coniunctiſsimi: amabant inter ſe uehementer Cicero & Cato, & erant pariter in remp. animati, & erant ſenſibus in rep. conſentientibus.

Non poſſo eſſer tuo amico piu di quello, ch'io ſono, per tutte le cagioni: ſon tenuto ad amarti oltra modo per tutte le cagioni: ogni cagione mi coſtrigne a portarti ſomma affettione: per tutti i cõti, per ogni riſpetto debbo eſſerti affettionato grandemente, amarti cordialmente.

Omnibus tibi neceſsitudinis cauſsis coniunctus maxime ſum: omnes mihi neceſsitudinum cauſſae, omnia neceſsitudinis ſumma iura, omnes neceſsitudines intercedũt: mihi tecũ omnia ſunt: ita multae mihi tecũ neceſsitudinis cauſſae ſunt, ut nihil poſsit eſſe coniunctius: amo te ſingulariter omnibus de cauſsis: omnibus ad te amandũ cauſsis adducor, moueor, impellor: cauſſam tui diligendi nullam nõ habeo: quid eſt, cur te nõ etiam atque etiam diligam?

Amicitia grande.

Ho con lui ſtrettiſsima amicitia: è perfetta è giunta al ſommo, è tale, che maggiore eſſere non può la noſtra amicitia.

Artisſimo neceſsitudinis uinculo coniuncti ſumus: nihil eſt noſtra neceſsitudine coniunctius: quo amoris uinculo adſtricti ſumus, eo nihil poteſt eſſe artius; id eiuſmodi eſt, ut laxari nullo modo poſſit: peruenit ad ſummum amicitia noſtra; aucta ſic eſt, ita iam creuit noſtra coniunctio, ut nihil ad eã poſsit accedere: quod uinculum, quod ſtudij genus, aut officij, quae omnino res amori noſtro, amicitiae, coniunctioni, neceſsitudini deeſt? in amicitia noſtra requiri, aut deſiderari poteſt?

Facemmo amicitia tra noi infin quando erauamo giouanetti: hebbe principio la noſtra amicitia infin al tempo della noſtra giouanezza: cominciammo ad amarci infin dalla noſtra prima giouanezza.

Amicitia eſt inter nos inita, inſtituta, cõtracta iam inde a prima adoleſcentia: amare coepimus inter nos iam tum, cum adoleſcentuli eſſemus: in amicitiam coiuimus a primis adoleſcẽtiae annis: ortus eſt inter nos amor, cum ex ephebis uix dum exceſſiſſemus, eſſemus egreſsi: amicitiam iunximus, animos noſtros amore iunximus iam ab illo tempore, cum annos adoleſcentiae primos attigiſſemus.

Amore.

Io ti amo ſommamente, al pari di me ſteſſo, di ſingular amore, quãto amare ſi poſſa: a niuno cedo in amarti: l'affettione, che ti porto, è peruenuta al ſommo: tra quelli, che ti amano, io mi do a credere di eſſer il primo, di non eſſer il ſecondo, di tener il principato, il primo grado: come poſſo io manifeſtar con parole

uole l'amor mio uerso di te, essendo egli cosi grãde, che a pena col pensiero l'abbraccio? amoti di cuore, con tutto l'animo, oltra modo, senza misura, senza fine.

Summe, uehementer, ualde, magnopere, maximopere, maxime, & atque etiam, mire, mirifice, incredibiliter, unice, singulariter, egregie, insigniter, ex animo, ex intimo sensu cũ primis, in primis, apprime, praecipue, admodum, opido, maiorem in modum, mirum in modum, minime uulgariter, non mediocriter te diligo: in te amando nemini concedo: qui te uehementius diligat, concedo nemini: beneuolentia in te mea ad summum peruenit: amor in te meus is est, ita accumulatus est, ut addi nihil possit: amorem in te meum uerbis exprimere qui possum, quem cogitatione uix cõplector, cuius magnitudinem uix mente comprehendo? amorem in te meum cogitatione fortasse consequi, complectiq. possum, uerbis quidẽ exprimere, explicare, exprimere profecto non possum: aeque, similiter, pariter ac me ipsum, itidem ut me ipsum, non aliter ac me ipsum, non secus ac me ipsum, itidem ut me ipsum, te diligo: sic te diligo, ut neminem magis, ne me ipsum quidem: cum te multi diligant, omnes tamen in amore uinco, principatum appeto, primas partes mihi uindico, principem locum obtineo: fero te in oculis: mihi es in amoribus: nihil mihi est te carius: secundum Deum, post Deum, excepto Deo, cum a Deo discessi, nemo mihi est te

carior: ego te ut oculos meos, aut si quid oculis est carius, diligo: singulari erga te animo sum: ut pater in filium, item ego in te sum animatus: habeo te filij loco: amor in te meus tantus est, quantus potest esse maximus: haeres mihi in animo, in medullis, in intimis sensibus: singulari sum in te beneuolentia: primum in amore Deum, te habeo proximum.

Amore scambieuole.

Noi ci amiamo l'un l'altro parimēte, scambieuolmente, egualmente, similmente, simigliantemente, di pari amore, di scambieuole amore.

Mutuo amamus inter nos, pariter, aeque, similiter, uicissim, amore nō dissimili, mutuo, pari: par uoluntas ab utroque nostrum accipitur, ac redditur.

Tu non hai mostrato di essermi quel uero amico, ch'io sono a te: non ho conosciuto l'animo tuo eguale al mio: ho ueduto, che l'amor tuo al mio non è pari, non pareggia il mio, non ua di pari col mio, non corrisponde al mio, è inferiore al mio.

Animus tuus in amore mihi non respondit: parem in me beneuolentiam minime declarasti: mutuae beneuolentiae significationem non dedisti: non esse te mutuo erga me animo, non aeque, atque ego sum in te, animatum, demonstrasti: tuum in me amorem non esse cum meo conferendum, inferiorem esse meo, infra meum esse, indicasti.

Andare.

Andauano dal re Deiotaro: era il uiaggio, il camino, la uia loro al re Deiotaro: erano incaminati, inuiati,

inuiati, indirizzati al re Deiotaro: giuano dal re Deiotaro: tirauano alla uòlta del re Deiotaro.

Ibant, proficiſcebantur, commeabant, iter habebant, ad regem Deiotarum: petebant, adibant Deiotarum: adibant ad Deiotarum. conferebant ſe, recipiebant ſe ad Deiotarum: erat illorum iter Deiotarum uerſus, ſiue, ad Deiotarum uerſus, ut ueteres loquebãtur. dixit enim Coelius in epiſt. ad Ciceronem: Iter mihi retro ad alpes uerſus incidit.

Animo.

orrei ſapere particolarmente l'animo di tutti uerſo me, qual ſia l'animo di ciaſcheduno uerſo me, che animo habbi, di che animo ſia, di che diſpoſitione di animo, com'è diſpoſto ciaſcheduno uerſo me.

Scire uelim, quo quiſque in me animo ſit, ut quiſque ſit erga me animatus, affectus, qui cuiuſque ſit erga me animus, qui ſenſus, quae uoluntas: ſenſum cuiuſque noſſe, tenere, callere uelim, patere mihi uelim.

Animo dubioſo.

o mi trouo tra due penſieri: ſto con l'animo dubioſo, incerto, irreſoluto, ſoſpeſo, a due coſe diuerſamente inclinato: non ſo che mi fare: trouomi a dubioſo partito: non ueggio a quel partito m'appigli: pendo con l'animo in queſta parte, e'n quella: è tirato l'animo mio da diuerſi penſieri: non ſo riſoluermi, deliberare, pigliar partito.

Ancipiti curo diſtrahor, iactor, uerſor: animi pendeo: incertus animi sũ: pendet animus, inclinat

huc illuc, fluctuat, iactatur, incertus est: quid consilij capiam, utram in partem me dem, ignoro: explicare consilium, expedire me ex hac deliberatione, exitum meae cogitationis inuenire non possum: distrahunt me diuersa consilia: in utramque partẽ ita multa succurrunt, ut difficilis admodum sit, minime expedita, minime explicata, minime explorata, minime certa, perobscura, haud satis aperta deliberatio.

Animo grande.

Conosco la grandezza dell'animo tuo, l'altezza, l'eccellenza, il ualore, le forze: so, quanto grande sia l'animo tuo, quãto tu sia animoso: emmi nota la grãdezza dell'animo tuo.

Noui magnitudinem animi tui, firmitatem, cõstantiam, uim, robur, fortitudinem, excellentiam, praestantiam, altitudinem, sublimitatem, excelsitatem: noui, quàm forti animo sis, quam constanti, ac firmo, quam non demisso, non humili, non imbecillo, non fracto, quam ad omnem euentum, ad omnes casus ferendos, ad omnem fortunam, ad omnes temporum motus, uicissitudinesq. stabili, ac parato.

Volontieri fo amicitia con gli huomini animosi: emmi cara l'amicitia de gli huomini animosi: ho caro di hauere amici gli huomini animosi: tirami l'animo ad amare gli huomini animosi.

Praestãtis animi uiros libenter complector: quorum animus uiget, qui animo uigent, qui uigore animi praestant, quorum animus excellit, qui animo

mo excellunt, qui sunt excellenti animo, sunt excellenti animo praediti, sunt excellentis animi, in quibus est animi excellentia quaedam, praestantia, altitudo, excelsitas, sublimitas, robur, uis, cum his libenter amicitiam contraho, ineo, coeo, instituo, iungo; eos facile amo, amicos mihi libenter adiungo, applico me, adiungo me libēter ad eorum amicitiam, sponte mea, & inductione quadam animi ad eorum amicitiam accedo, ad eos amandos propendeo, inclino, me do.

Animo picciolo.

Doue è un picciol animo, iui desiderio di gloria nõ può nascere: da basso animo non sorge la gloria: non può un'animo debole partorire desiderio di gloria.

Ex humili animo, abiecto, pusillo, exsili, ieiuno, angusto gloriae cupiditas nõ emergit, exoritur, exsistit, effluit: angustos animos ampla et praeclara cogitatio non ingreditur.

Animo ripigliato.

I tuoi honorati fatti hanno dato ardire a coloro, che prima temeuano: per le tue degne opere hanno ripreso ardire, si sono rassicurati, hanno deposto ogni temenza, lasciato la paura, discacciato il timore.

Tuis praeclaris actionibus, qui antea timebant, excitati sunt, recreati, ad bonam spem, ad fortitudinem reuocati, animos receperunt, recuperarunt, collegerunt, reuocarunt.

Animo riposato.

Tu non potresti credere, in quanto riposo di animo, con

con quanta contentezza hora io mi uiua, quanto iô sia hora senza paßione di animo, in che tranquillo stato l'animo mio goda se stesso.

Vix credas, quam aequo animo sim, qua fruar quiete, quam sit animus meus omni cura uacuus, ac liber, omni cura uacet, ab omni cura procul absit, quam sit tranquillus animi mei status, quam tranquille se ipso fruatur animus meus. aequitatem animi mei coniectura uix assequare, cogitatione haud facile comprehendas.

Animo sincero.

Ho l'animo schietto, diritto, aperto, non simulato, non finto, non coperto d'inganno, d'artificio: io non so fingere nõ è mio costume di simulare. amo la semplice uerità: sonomi nemiche le fraudi, le simulationi, e quelle arti, che ingannano con l'apparenza, e nascondono il uero.

Simplex mihi animus est, directus, apertus, nulla simulatione tectus, aut arte coloratus: simulationem, simulandi studium mea natura, mea consuetudo respuit: neque libenter, neque facile fingo: simplicem ueritatem amo: odi artes, quibus ueritas ut inuolucro quodam obtegitur.

Antiuedere.

I saui ueggono di lontano le cose future, antiueggono quello che dee auuenire, ueggono quasi con gli occhi gli auuenimenti futuri, arriuano col pensiero alle cose future: a' saui le cose lontane sono presenti, a guisa delle presenti sono manifeste.

Sapientia praediti longe in poſterum proſpiciunt, res futuras, ut praeſentes, intuentur, tam quam oculis cernunt: ſapientibus euenta rerum patent, ante oculos futura ſunt. ſapientes praecipiunt animo futura, coniectura futuras res aſſequuntur, ea, quae impendent, tamquam ex aliqua ſpecula, proſpiciunt.

Apparenza.

I giouanetti ſi dilettano dell'apparenza: piace a' giouanetti l'apparenza.

Specie capitur adoleſcentia, oblectatur, gaudet, laetatur: ſpeciem amant adoleſcentes.

Arriſchiare.

Non uoglio arriſchiare la ſalute della republica, non intendo di uoler mettere a riſchio, in pericolo, in dubio, in dubioſo ſtato, a pericoloſo partito la ſalvezza publica.

Nolo ſummam remp. ſalutem reipublicae, publicam rem in diſcrimen, in dubiam fortunam adducere, deducere: non committam, ut incertam fortunam reſp. ſubeat, ut periclitetur reip. ſalus, ut in dubium uocetur, in periculum, in diſcrimen ueniat.

Arroganza.

Troppo ti ſtimi, ti tieni in pregio, piaci a te ſe ſteſſo.

Nimium tibi tribuis, arrogas, aſſumis.

Vedi la parola Superbo.

Aſcoltare.

Perche aſcolti tu coſtoro? per qual cagione a coſtoro dai orecchie? perche ſei cotanto patiente in aſcoltarli,

tarli, in udirli?

Cur ad istorum sermonum aures tuae patët? cur horum sermonibus aures praebes? cur hi tuis auribus utuntur aequißimis? cur te tam facilem habent in audiendo? cur tantam audiendi molestiam aures tuae sustinent?

Assalire.

Gli assaßini di nascosto assaliscono i uiandanti, si auuëtano a' uiandanti, impetuosamente corrono contra a' uiandanti, uanno contro a' uiandanti.

Latrones ex insidijs, ex occultis locis, subito, repentino, improuiso, nec opinato impetu uiatores aggrediuntur, adoriuntur, inuadunt, petunt, uiatoribus inuadunt, in uiatores inuadunt, irruunt, impetum faciunt, impreßionë faciunt, incurrunt, insiliunt, sese immittunt, sese inijciunt, sese inferunt.

Assassinare.

Coloro, a' quali maggior fede io daua, mi hanno assassinato, tradito, hannomi fatto tradimento, con insidie mi hanno distrutto, e ruinato.

Quorum ego fide nitebar maxime, quibus ego fidei habebam plurimum, quibus apprime credebã, quorum in fidem multum ponebam, quorum esse minime dubiam, aut infirmam fidem existimabam, ij mihi insidias fecerunt, insidiose uim, damna, ignominiam intulerunt, obtulerunt, insidiose me tractarunt, insidijs petiuerunt, oppresserunt, prodiderũt, a me defecerunt, desciuerunt.

Assedio.

Aſſedio.

Camillo liberò Roma dall'aſſedio de' Franceſi, traſſe Roma dall'aſſedio de' Franceſi, miſe in libertà Roma, aſſediata, attorniata, cinta, oppreſſa dall'eſſercito de' Franceſi, leuò d'intorno Roma l'eſſercito de' Franceſi, leuò i Franceſi dall'aſſedio di Roma, leuò il campo de' Franceſi d'intorno a Roma, diſcacciò i Franceſi, che Roma aſſediauano, diede a Roma, aſſediata da' Franceſi, la libertà, e la ſalute.

Camillus urbem Romam obſidione Gallorum exemit, liberauit, ab obſidione uindicauit, ex obſidione eripuit; obſeſſam, ſaeptam, copijs Gallorum undique cinctam, oppreſſam liberauit, in libertatem reſtituit, libertati reſtituit, libertate donauit, liberam reddidit, ſeruauit, ſeruauit incolumem; ſaluam incolumemq. reddidit, ſalute atque incolumitate donauit; Gallos, urbem obſidentes, obſidione prementes, urbis libertati, caſtris circa collocatis, imminentes, obſidionis corona cingentes, circumſidentes, caſtris poſitis ad urbem ſedentes expulit, eiecit, in fugam conuertit, diſiecit, fugauit, diſsipauit, ſummouit, fudit, fugauitque.

Aſsicurare.

Io non uoglio punto aſsicurarti dalla uiolenza: nõ prometto, che tu non ſia per ſoſtenere qualche uiolẽza: nõ ti rẽdo ſicuro dalla uiolẽza: nõ ti fo certo, non ti do certezza, ſicuramẽte non ti affermo, che non debba eſſerti fatta alcuna uiolenza.

Ego tibi a ui praeſtare nihil poſſum: nim tibi nullam

nullam factum iri, illatum iri, allatum iri, oblatum iri, pro certo non polliceor, plane nõ affirmo: tutũ a ui te futurum, ne pro certo existimes nullam fore uim, explorate, asseuerãter, certo promittere nõ audeo: ea te cura prorsus nõ libero, non eximo, eã tibi curam plane non eximo, non adimo, non aufero, ne quando tibi uis inferatur ulla, ne quam aliquando uim feras, sustineas, patiare, sentias, experiaris, ne quid aliquando per uim patiaris.

Assolutione.

Molte uolte gli huomini maluagi, colpeuoli, e nocenti, per difetto, mancamento, uitio, colpa, ingiustitia, perfidia, scelerità, maluagità de' giudici sono assoluti, liberati dal giudicio, dal supplicio meritato, dalla douuta e giusta pena, non sono puniti, fuggono la pena, non pagano le douute pene, scappolano la pena, partono dal giudicio senza pena, non sono condennati, sono riputati, sono giudicati innocenti.

Saepe homines improbis culpae, criminum, delictorum, flagitiorum, scelerum affines, criminum labe infecti prorsus, atque inquinati, noxij, nocentes, sontes, iudicio liberantur, iudicum sententijs impunitatem assequũtur, a supplicio uindicantur, poena eximuntur, poenas uitant, effugiunt, euadunt ex iudicio, elabuntur, seruantur, insontes, innocentes, expertes omnis culpae, nullius affines culpae, nulla infecti culpa, nullo adstricti scelere, nullo contaminati flagitio iudicantur, non puniuntur, non uindicantur, non castigantur, merita non

ta non coercentur poena, poenas non dant, non luunt, non pendunt, debitas poenas non perſoluunt, debito ſupplicio non multantur, nō afficiuntur poena, poenas factis, uita, moribus dignas, improbitati debitas non ferunt, non ſuſtinent, patiuntur, ſentiunt: ſaepe fit iudicum culpa, uitio, ſcelere, improbitate, iniuſtitia, perfidia, ut homines impuri, perditi, ſceleſti, flagitioſi, delictorum omnium participes, ſine poena dimittantur, poena eximantur, abſolutionem conſequantur, animaduerſionem effugiant: ſaepe non animaduertitur in homines nocentes, ſuppliciū de nocentibus nullū ſumitur, poena nulla capitur; ſecus ac meriti ſunt, ac digni sūt, ac eorū uita poſtulat, iudicatur, ſētētiae ferūtur.

Aſpettatione.

Temo, che non ſarà de' tuoi ſtudi, non haueranno i tuoi ſtudi, non ſeguirà a' tuoi ſtudi quella riuſcita, che ſi aſpetta, non riuſciranno i tuoi ſtudi doue ſi aſpetta, contrario fine all'aſpettatione haueranno, all'aſpettatione non riſponderanno, l'aſpettatione inganneranno.

Vereor, ne, quam de tuis ſtudijs exſpectationem concitaſti, hanc ſuſtinere, ac tueri non poßis, uereor, ut exſpectationi tua ſtudia reſpondeant, ne tua ſtudia exſpectationi non reſpondeant, ne cum hominum opinione nō conſentiant, ne alium, atque exſpectatur, exitum habeant, ne qui exſpectatur, fructum non pariant, ne, quo ſperatur, quo exſpectatur, exitu concludantur.

Si crede,

Si crede, che tu sia per diuentare eccellentißimo huomo, che tu sia per operare cose marauigliose, e degne di somma lode.

Magnum quendam, atque excellentem uirum te sperant futurum: exspectantur a te, quae a summa uirtute, summoq. ingenio exspectanda sint: nihil humile, nihil uulgare, nihil angustum, omnia excelsa, ampla, mira, diuina prorsus a te exspectantur.

Assuefatto.

Tu non sei ancor bene assuefatto alle fatiche, non sei compiutamente auuezzo, non a bastanza usato, non interamente essercitato nelle fatiche: non hai ancora ben prouate, durate, sentite le fatiche: non ti è ancor famigliare la fatica: nuouo sei, poco prattico nella fatica.

Nondum laboribus assueuisti: nõdum es a laboribus assuefactus, laboribus assuefactus, assuetus: labores ferre ac sustinere nondum consueuisti: labores nondum satis expertus es, sensisti, tulisti: nondum es in laboribus plane uersatus, exercitatus; rudis es, insolens in laboribus: nondum tibi familiaris labor est.

Non sentono gli infortuni coloro, che ui sono usati, auuezzi, assuefatti, che gli hanno sentiti, prouati, sostenuti piu uolte.

Malorum consuetudine sensus amittitur: malorum consuetudo sensum adimit, sentiendi uim aufert, stuporem inducit, iniicit, infert, sensus obstupefacit:

stupefacit: sensijs obstupefit, adimitur, aufertur usu diuturno calamitatum: aduersas res minime sentiunt, sensu non percipiunt ij, quorum occalluit animus, quorum animis callum obduxit diuturna consuetudo, qui secundis rebus usi per quam raro sunt, secundas res haud saepe nouerunt, quorum animi tantū abest, ut recentes ad infortunia sint, in solentes ad iniurias fortunae sint, ut malorū usu & cōsuetudine prorsus obduruerint, callū cōtraxerīt.

Astutie.

Le astutie non mi piacciono: naturalmente ho in odio l'arte del simulare, gli artificiosi inganni, le simulate maniere, lo scaltrimento, il proceder doppio.

Astutiae mihi non placent, non probantur, non satisfaciunt: astus non amo: artem simulandi, fraudem artificio tectam, mores ab aperta quadam simplicitate alienos, fucum ac fallacias, uafritiem, nimiam calliditatem, astuta ingenia, uersuta, uafra, nimis callida, ad astutias, uafritiem, calliditatem, propensa, naturali quodam odio prosequor: sum ab astutijs alienus: abhorret animus meus ab astutijs.

Astuto.

Annibale nel maneggio della guerra, ne' fatti di guerra, in cose di guerra, in materia di guerra, nell'uso della militia, nell'arte militare fu piu astuto di tutti i Cartaginesi, uinse di astutia tutti i Cartaginesi, fu superiore, non hebbe pari alcuno de' Cartaginesi, astutamente operò piu che alcun'altro Cartaginese, fu piu accorto, auneduto,

scaltrito, meglio intese il modo di guereggiare di tutti i Cartaginesi.

Hannibal in re bellica, in rei scientia militaris, in gerendis bellis callidissimus, uaferrimus, uersutissimus, astutissimus fuit omnium Poenorum; uafritie, calliditate, astutijs, astu, arte, uicit, anteiuit, antecessit omnes Poenos, praestitit; antecelluit, superior fuit omnibus Poenis; excelluit inter Poenos, parem habuit Poenorũ neminẽ uafritie, calliditate, uersutia, astutijs, astu, arte nemo omniũ Poenorũ cum Hannibale conferendus, comparandus; aequandus componendus ad eam calliditatem, uafritiem, artem, qua gerendis bellis Hannibal excelluit, aspirare ex omnibus Poenis nemo potuit in bellicis astutijs, atque artibus aspirare ad Hannibalem ex Poenis nemo potuit quis Poenorum Hannibali gerendorum bellorum scictia par fuit? quis perfectam belli gerendi rationem, ut Hãnibal, tenuit, calluit, nouit, possedit, cõsecutus est, obtinuit?

Attendere.

Infin' hora non ho punto atteso all' util mio, non ho mirato, non ho hauuto riguardo al ben mio, nõ ho riguardato l' util mio, non mi sono curato, non ho hauuto cura, tenuto cura, non ho fatto stima, non ho fatto caso dell' util mio.

Nullam hactenus utilitatis meae rationem habui: nullam rationibus meis operam dedi: de utilitate minimum laboraui: utilitatem minime spectaui, curaui, quaesiui, secutus nullum in utilitate studium posui, nihil industria locaui, nihil opere consumpsi

sumpsi diligentiam commodorum meorum caussa nullam adhibui, ad res meas nullam contuli res meas indiligenter administraui, tractaui.

Chi uorrà attendere alla republica con paura di tanti perigli? chi uorrà adoperarsi, mettere studio, porre industria in seruigio della republica, douendo esser soggetto a tanti pericoli?

Quis remp. attinget, remp. capessere, suscipere, tractare, ad remp. se conferre audeat, tot periculorũ metu proposito, qui sibi tot impendere, imminere pericula intelligat: quis operã reip. dare, in rep. uersari, remp. gerere, administrare ad remp. sua studia conferre, tot periculis impendentibus, imminentibus, animum inducat, facile ac libenter uelit?

Deuesi attendere nel gouernare la republica solamente alla giustitia.

In administranda, tractanda rep. in administratione reip. ius honestum, rectum tueri, spectare, sequi, nihil praeterea, debemus.

Attendere la promessa.

Sforzerommi di attendere quello, che ho promesso ingegnerõmi di osseruare, di mãdare ad effetto, di cõdurre ad effetto, di uerificare le mie parole con gli effetti, di dar effetto alla promessa: farotti uedere, se sia poßibile, l'effetto della promessa: sodisfarò alla premessa, pagherò il debito della promessa, adempierò alla promessa osseruerò le mie parole, la mia fede; non mancherò alla promessa, alle mie parole, alla mia fede.

Dabo operam, quod pollicitus sum, ut re praestem,

stem, exitu praestem, exsequar, efficiam, re confirmem, ut praestem fidem meam, soluā fidem, tuear, seruem, probem, ut promissa seruem, obseruem, tuear, praestem, promißis ne desim, ne fides in promissis mea desideretur, ut fidei satisfaciam, ne de fide mea parum uidear laborare, ut a meis uerbis, ab affirmatione mea, a promisso exitus rei ne dissentiat, ut uerba res cōfirmet, ut id, quod dixi, ueritas probet, ut stem promißis, a promißis ne discedam.

Atto.

Naturalmente egli era atto ad ogni cosa: parea esser nato a saper far ogni cosa haueua un'ingegno cosi destro, che riusciua in qual si uoglia cosa: acconcia mente sapeua operare qualunque cosa si uolesse.

Praecipuo quodam naturae munere aptus erat, accōmodatus, appositus erat ad omnia: aptus ad omnia uidebatur: ingenium acceperat a natura ad omnes res appositum, atq. accōmodatū. eo erat, eo utebatur ingenio, quiduis ut exsequi, et praestare satis cōmode posset: natus ad omnia uidebatur: dederat hoc ei natura, quidquid aggrederetur, ut egregie conficeret, ut excelleret: habebat hoc a natura, ut, quamcumque ad rem se conferret, quamcumque capesseret, ea non peßime perfungeretur, ex ea cum laude discederet.

Auaritia.

L'auaritia partorisce molti mali: dall'auaritia nascono, escono, prouengono, deriuano molti mali: è cagione l'auaritia di molti mali: è una radice,

dice, che tutti i mali produce.

Parit auaritia multa mala: exſiſtunt, naſcuntur, proficiſcuntur, proueniunt, effluunt, emanant, exoriuntur ex auaritia multa mala: multorum malorum cauſſa, origo, principium, fons, radix auaritia eſt: multorum malorum cauſſa referenda ad auaritiam, conferenda in auaritiam, adſcribenda, aßignanda, tribuenda auaritiae eſt: culpam ſuſtinet auaritia multorum malorum.

Era tenuto Craſſo, era riputato il piu auaro huomo di Roma, non era in Roma, per giudicio di ogniuno, huomo auaro, come Craſſo, chi foſſe pari a Craſſo nell'auaritia: era Craſſo, per opinione di tutti, uago di hauere, deſideroſo di robba, innamorato delle ricchezze piu che alcun'altro che foſſe in Roma: credeuaſi che foſſe Craſſo nell'auaritia ſommerſo piu che alcun'altro huomo di Roma.

Peßime omnium Romanorum audiebat Craſſus auaritiae nomine: maxime omnium Romanorum Craſſus auaritiae flagrabat infamia: aurum ſitire, opes appetere maxime unus omnium, magis quam ceteri, praeter ceteros Craſſus putabatur: nemini grauior, ac turpior in urbe Roma, quam Craſſo, inurebatur auaritiae nota: auaritiae uitio Craſſum magis, quam quemuis alium, hominum notabat opinio: incumbere ad opes, inhiare diuitijs tanto ſtudio, quanto in urbe Roma nemo praeterea, Craſſus exiſtimabatur.

L'auaritia a'tempi noſtri è in colmo: regna hoggidì

l'auaritia; così grande è diuenuta, che maggiore non può essere; è arriuata al sommo; è peruenuta doue può; tanto è proceduta inanti, che più oltre non può; è per tutto; abbraccia tutto il mondo.

His temporibus latißime patet auaritia ubiq. ubiq. locorum, ubiuis locorum, nusquam non est; dominatur, regnat, uiget maxime, orbem terrarum est complexa, omnium animos occupauit, ac tenet, in animos omnium irrepsit; infecti sunt omnes auaritiae labe; plus operae in re quaerenda, in opibus congerendis, in diuitijs colligendis, comparandis, contrahendis ponitur, consumitur, locatur, quam deceat. auaritiae uitio hodie fere nemo non laborat, propensi omnes fere sunt ad auaritiam: ad summum peruenit auaritia: eo processit, eo est auaritia progressa, quo maxime potuit, quo longius non datur, quo non licet ulterius.

Auuenimento.

L'auuenimento della cosa, secondo che io spero, sarà buono. spero che la cosa riuscirà, doue si desidera, hauerà fine al desiderio conforme, succederà felicemẽte: seguirà alla cosa buon'effetto, desiderato fine sarà il successo della cosa, quale desideriamo che sia.

Exitum res habebit, mea quidem ut spes fert, exoptatum, felicem, qualem uolumus, optamus. res ex animi nostri sententia succedet: successu res, quo uolumus, eo cõcludetur, ac terminabitur: euentus rei erit optimus, euadet res, quo uolumus non aliter cadet, ac uolumus sequetur id, quod optamus.

optatis fortunæ respondebit: rem consequetur exitus, euentus, finis optatus.

Farassi giudicio di te secondo l'auuenimento: secondo che la cosa riuscirà, giudicheranno gli huomini di te: sarà il giudicio, e l'opinione de gli huomini all'auuenimento conforme, al successo, al fine della cosa: nascerà il giudicio de gli huomini da quel fine, che la cosa haurà, da quello, che auuerrà, seguirà, succederà.

Ex euentu homines de te existimabunt: rei exitum hominum iudicia consequētur: ut res cadet, ut succedet, ut euenerit, ut ceciderit, ita de te homines iudicabunt: qualis rei finis, exitus, terminus, euentus, conclusio erit, talem de te opinionem homines suscipient congruent cum exitu rei, consentient in utranque partem hominum de te iudicia.

Non so quel che possa auuenire: son' in dubio del futuro, che sia per accadere, a me è nō palese; nō ueggo che sia per apportare il tēpo, che sia per partorire, che occasiōi, che effetti siano per nascere dal tēpo.

Quid casurū sit, euēturum sit, quid cadere, quid consequi possit, ignoro, non dispicio: quid tempus laturum sit, exploratum non habeo: latent me quae nasci possunt: futura me fugiunt: non assequor ea, non assequor coniectura, diuinare non possum, aut mente praecipere, quae ferre, parere, patefacere dies ipsa potest; futuri casus aperti mihi non sunt, mihi non patent, me fugiunt, praetereunt, latent.

Auuenire.

Auuenne fuor di opinione, ch'io perdei la lite: occorse, interuenne, seguì, riuscì la cosa a questo fine, accadde, portò così la fortuna, il caso, piacque alla fortuna.

Vt caussa ceciderim, litem perdiderim, euenit, obuenit, contigit, obtigit, accidit, factum est, casu factum est, casus tulit, fortuna tulit, fortuna fecit, fortunae placuit.

Non può auuenire questo, non può incontrare, non può occorrere ad un'huomo sauio.

Hoc in sapientem minime cadit: non est, ut obuenire hoc sapienti possit: est hoc a sapiente alienum pertinere hoc ad sapientem non potest.

Auuersario.

Tu ci sei troppo contrario, senza esser stato offeso da noi: ci fai troppo gran contrasto: operi contro a noi troppo fieramente: troppo acerbamente contra di noi ti porti: tu non lasci adietro ueruna cosa, che possa esserci di danno: troppo sei intento, e troppo sollecito a nuocerci.

Aduersarium te nimis grauem, nimis acrem, infensum, acerbum, uehementem, crudelem habemus: nimis acerbus, nimis aduersus, nimium grauis, atque infensus nobis es: oppugnas nos quam potes acerrrime, & grauissime: nullam aduersus nos iniuriam praetermittis: nulla nos iniuria, nulla re nõ lacessis: tuis cõtra nos uiribus uteris: tuam in nos uim confers: omnia conaris, nihil non agis,

moues, tentas, experiris, machinaris ad perniciem noſtram: aduerſario te utimur nimis acerbo, nimis infenſo: agis contra nos, pugnas aduerſus nos, irruis in nos quo potes impetu, impetu quam potes maximo, eo impetu, qui poteſt eſſe maximus.

Auuiſare.

Auuiſami di tutto l'eſſer tuo, e di tutti i tuoi penſieri: dammi auuiſo, ragguaglio, contezza, notitia, dimoſtrami, fammi noto, fammi ſapere, fa ch'io ſappia, fammi intendere, fa ch'io intenda lo ſtato tuo: uorrei, tu mi notificaßi, manifeſtaßi, dimoſtraſſi, iſponeßi, paleſaßi, ſignificaßi lo ſtato tuo: haueri caro, che tu mi faceßi uedere come una imagine, come un ritratto delle coſe tue, e dell'animo, e di ogni tuo intendimento.

Fac me certiorem, redde certiorem de toto ſtatu tuo, & de omnibus conſilijs: ſignifica mihi, expone, aperi, explica, perſpicue demonſtra, qui ſit rerum tuarũ omnium ſtatus, qui tuus animus, qui ſenſus, quae conſilia ſint: fac, ut de tuis rebus tuiſq. conſilijs cognoſcam, intelligam, certior fiam, ex tuis litteris erudiar, inſtruar: imaginem rerum omnium, cogitationumq. tuarum litteris oſtende.

Auuiſi cattiui.

Erano uenuti di lui alcuni auuiſi poco buoni: ſiniſtre nouelle, ſtrane coſe di lui s'intendeuano: eraſi ſparſa di lui una rea fama.

Rumores de illo duriores erant: aduerſa quaedam de illo erant allata: nuncij uenerant triſtes, aduerſi,

aduersi, infausti, parum commodi, minime laeti; parum secundi; grauior de illo fama peruenerat, dissipata erat, disseminata, dispersa peruulgata; duriora quaedam, grauiora erant significata, iactabantur, sermonibus dissipabantur.

Auuocato.

Non fu mai il piu sufficiente auuocato, ne il piu amoreuole, ne il piu fedele di Cicerone; nel trattare le cause vinse tutti Cicerone di eloquenza, di affettione, di fedeltà; nelle cose di palazzo, ne giudicij, nelle cause, nelle liti non fu pari a Cicerone alcuno di lingua, humanità, fede era Cicerone nell'ufficio dell'auuocato, nell'arte dell'auuocare, nel parlare inanti a giudici piu di tutti eccellente.

In agendis caussis Cicero omnibus antecelluit, praestitit, uicit omnes, excelluit inter omens, anteiuit omnes, antecessit: patronus Ciceroni conferendus nemo fuit, neque eloquentia, neque studio, neque fide; ad iudices, ad tribunalia, ad caussas tantũ eloquentiae studij, fidei, quantũ Cicero, nemo attulit: ĩ iudicijs, in foro, in forensib. caussis, ĩ forensi munere, ĩ tractãdis caussis, in caussarũ patrocinijs, in defendẽdo, et accusando par Ciceroni nemo fuit.

B

BASTONARE.

Voleua bastonarlo, dargli delle bastonate, male trattarlo, male acconciarlo col bastone, fargli toccare delle bastonate, fargli sentire, assaggiare, prouare il bastone.

Fuste

Fuste illum male multare, male accipere, percutere; fustem illi uolebat impingere; fustis ictus uolebat illum experiri; fustis amaros ictus gustare, sensu percipere, uim, & grauitatem sustinere, ferre, pati.

Beneficio.

Io gli ho fatto quanti benefici ho potuto, benche non aspettassi di esserne rimunerato; ho per lui operato con ogni mio studio, & ogni industria, quantunque non sperassi hauerne la ricompensa: ho fatto a beneficio suo quanto per me si poteua, come che poca speranza io mi hauessi di esserne ricambiato: niuno ufficio uerso lui ho pretermesso, ho lasciato adietro, ho mancato di fare; auuenga che opinione io non hauessi di riceuerne il guiderdone qual dimostratione non ho io usata, qual'effetto non ho operato, infin doue si stendeuano le mie forze, in seruigio suo, a suo beneficio, per giouargli, beneficarlo, procacciargli utile, & honore.

Contuli quae in illum officia, beneficia, merita potui, licet remunerationem plane nullam exspectarem: quantum in me fuit, quantum efficere, & consequi potui, pro meo studio, meaque industria complexus illum sum, affeci, ornaui, auxi omnibus officijs, quamquam ab eo minime parem gratiam exspectarem nullam officij genus aut studij, nullam omnino rem, quae uel ad utilitatem illius, uel ad laudem spectaret, omisi, praetermisi, infectam reliqui; licet futurum non

spe-

sperarem, ut memorem, & gratum experire: omnia, quae quidē praestare mihi licuit, profecta in illum sunt; cum tamen spe nulla niterer, spes me nulla teneret, futurum aliquando, parem ut mihi gratiam referret, ut officia mea paribus compensaret officijs, remuneraretur officijs, aequaret officijs, ut ullum grati animi signum ostenderet, ut se memorem, gratumq. probaret, ut ullum omnino studiorum, officiorumq. meorum fructū ferrem: meam in illum uoluntatem, & beneuolentiam, quandocumque res tulit, ubi tempus, & occasio postulauit, re probaui, ostendi, significaui, declaraui, pate feci, spe tamen adductus nulla gratiae referendae: bene meritus de illo sum, quam potui studiosissime; quamquam illius erga me uoluntati differem, spē in illius uoluntate minimam ponerem, pariter animatum in me fore non confiderem; licet fore non confiderem, ut paribus mihi responderet officijs.

Riputerò di hauer riceuuto da te un beneficio grandissimo: terrollo per beneficio grandissimo, in uece di sommo beneficio: parerammi, che tu habbi operato in me non picciol beneficio.

Hoc ego summi beneficij loco ponam, numerabo, inter maxima beneficia referam: hoc apud me non exigui beneficij, non uulgaris gratiae locū obtinebit: ita credam, tulisse me beneficium singulare, gratiam tantam, quanta potest esse maxima.

Non mi scorderò mai, non dimenticherò, non usciranno mai dell'animo mio, della memoria mia,

saranno

ſaranno da me con eterna memoria conſeruati i be benefici tuoi: la tua ſomma benignità, incredibil corteſia, le tanto amoreuoli operationi, i tanti ſeruigi da te riceuuti nõ cancellerà mai il tempo, o ueruno accidente della memoria mia: attaccati alla memoria, fiſſi nell'animo, ſcolpiti nella mente ſempre rimarranno, eternamente, in ogni tempo, in tutti i giorni di mia uita i benefici tuoi.

Tua in me beneficia numquam obliuiſcar, ſemper meminero, memoria tenebo, perpetua memoria tuebor, cuſtodiam, conſeruabo: tua erga me merita nulla umquam apud me delebit obliuio: nulla dies, nulla temporis uetuſtas, non caſus ullus, non fortuna magnitudinem tuorum erga me meritorũ imminuet, ex animo meo delebit, tollet, auferet, obliuione delebit, obruet, obſcurabit, exſtinguet: uigebit in me tuorum beneficiorum aeterna, perpetua, numquam interitura memoria: nullum apud me tuum beneficium intermoriturũ exiſtima: tuam in me ſingularem benignitatem, incredibilem liberalitatem ſemper in animo, ſemper in oculis habebo, perire apud me, aut euaneſcere numquam patiar: haerebunt mihi in animo, mente, memoria, fixa permanebunt, impreſſa in animo, ac mente patebunt, exſtabunt tua beneficia: uitae par, aequalis erit recordatio meritorũ tuorũ: qui mihi uitã dies, ille ipſe tuorum officiorũ memoriã terminabit: finis mihi, ac terminus et uitae, et memoriae benignitatis in me tuae idem erit, futurus idẽ eſt: quam amã

ter

ter me tractaueris, quam benigne mihi feceris, quã studiose in omni re commodaueris, quam humaniter ac benefice mecum egeris: quibus officijs amicitiam nostram colueris, prosecutus sis, quibus me rebus auxeris, ornaueris, honestaueris; ipse mihi, atq. etiam alijs commemorabo, ita diu recordabor, quã diu mihi uiuere contigerit.

Biasimo.

Il non pensar ad altri, che a se stesso, è gran biasimo, è uergogna, partorisce infamia, è cosa brutta, uitupereuole, uergognosa, biasimeuole, dishonorata, degna di biasimo uituperio, riprensione, genera cattiuo nome, trista fama, poco lodeuole opinione, apporta bisogno, uergogna, uituperio, infamia.

Se ipsum curare, nihil praeterea; de se ipso tantum, sua tantum unius caussa laborare; sibi uni studere, seruire, prospicere, consulere, praeterea nemini, turpißimum est, maxime dedecet, indecorum in primis est, infamiae ignominiae, dedecori est, dedecus affert, infamiam parit, turpem famam, opinionem minime commodam, aut optabilem parit eiusmodi res est; quam summa consequitur infamia, ignominia, turpis infamiae nota, dedecus, accusatio, reprehẽsio fraudi est, uitio uertitur, tribuitur, datur, adscribitur, aßignatur.

La cosa è biasimata publicamente, è uituperata, è ripresa se ne dice male sconciatamente se ne parla sinistramente se ne ragiona.

Res palam exagitatur, uituperatnr, accusatur repre-

reprehenditur, damnatur, acerbe notatur, infamia notatur, improbatur: ſermones ea de re minus commodi ſunt, parum honeſti diſſipantur.

Biſognare.

Biſogna, ſe uuoi eſſer ſimile a tuoi maggiori, che tu attenda alla uirtù: fa dibiſogno, è biſogno, ti ſi richiede, ſei tenuto, non puoi far di meno; è tuo debito, tuo officio, non puoi mancare.

Si tuorum maiorum laudibus reſpondere, ſi maiores tuos referre uis, cupis imitari, ſi te dignū maioribus tuis praebere ſtudes; ut ad uirtutem, in uirtutem incumbas, ad uirtutem ſtudia tua conferas, opus eſt; nauari a te operam uirtuti oportet debes uirtutem colere, tui muneris, tui officij, tuarū partium eſt, non potes non uirtuti operam dare; non licet tibi uirtutem negligere: hoc ad te pertinet, in te conuenit, a te poſtulatur, atque adeo, tamq tam debita res, exigitur.

Biſogno.

Non ho biſogno de' tuoi ricordi: non ſono neceſſari appreſſo me, ſono poco utili, ſono ſouerchi i tuoi ricordi; a me non biſognano i tuoi ricordi. non è biſogno, non fa biſogno de' tuoi ricordi.

Non egeo, non indigeo tuis praeceptis, admonitionibus, conſilijs: ſuperuacanea ſunt, parum utilia, nullius emolumenti, minime neceſſaria; locum apud me non habent, a me non requiruntur, non deſiderantur, non exſpectantur tua praecepta; tuis mihi monitis nequaquam opus eſt; tuis

carere

carere monitis facile possum.

Doue sarà il bisogno, ti aiuterò: in ogni tuo bisogno sarò pronto a seruirti, doue occorrerà il bisogno, doue farà bisogno, in ogni tua occorrenza, doue l'occasione il richiederà.

Adero tibi, praesto ero, opem feram, cum res postulabit, ubi opus erit, ubi tempus feret, si rerum tuarũ ratio poscet, si occasio requiret, ubi erit e re tua, si pertinere ad te uidero, si tua referre ĩtelligã.

Bontà.

Hoggi da pochi è prezzata la bontà, pochi si curano della bontà, piace a pochi l'honesto, il diritto, il giusto, la forma del ben uiuere; poco sono in pregio i buoni costumi, le lodeuol'arti, le honeste discipline, le scienze degne d'un huomo libero; attendesi poco, poco si pensa a quella uita, che con l'honestio è congiunta, da uitij separata, dalle colpe, da scelerità lontana.

Probitas, integritas, probati mores, uita illa, quae cum uirtute transducitur, a paucis hodie probatur, colitur, amatur; pauci sunt, qui probitate delectentur, probitatem colant, ament, sequantur: parui est hodie probitas, & morum integritas; qui suum studium in probitate ponant, pauci sunt, reperiuntur, numerantur, paucos inuenias.

Chi ben uiue, gran ben aspetta: larghi premi può sperare ogniuno, che giustamente uiua: qualunque camina per la diritta uia del uiuere, gran mercede, e gran frutto può aspettarne: haueranno i buo

delle lor lodeuoli opere ampia ricompenſa.

Magna ſunt recte agetibus propoſita praemia: omnes qui ſeſe in recta uiuendi ratione exercent, magna merces manet; fructum recte factorum uiri boni uberrimum, ac praeſtantiſsimũ ferent: praeclaram honeſtamq. uitam res utiliſsimae conſequuntur uitae laudabiliter actae cũ uirtute traductae, praemium eſt decus, & earum rerum copia, quas qui poſsidet, optime cum illo agi exiſtimatur.

La bonta baſta per far l'huomo pienamente felice: è felice aſſai, chi odia il uitio, & ama la uirtù: qualunque camina per la uia della giuſtitia, arriua facilmente al ſommo bene, alla felicità peruiene nel ben uiuere, quando bene l'altre coſe mancaſſero, la felicità è ripoſta.

Bene ſentire, recteq. facere, ſatis eſt ad bene beateq. uiuendum: unam qui colit probitatem, ei deeſſe ad felicitatem nihil poteſt, is ad felicitatem nihil deſiderat, nihil requirit: quicumque rationem ducem in uita ſequitur, ei ad felicitatem ampla, maximeq. certa patet uia: probitatem qui poſsidet, ſimul is poſsidet ſummum bonum, nihil ad felicitatem praeterea requirit: boni mores, & honeſtae rationes felicitatem pariunt: felicitas integritate cõparatur: ſi quis in colenda probitate totus eſt, feliciter admodum, ac beatiſsime cum illo agitur.

Breuita.

Per dirti la coſa breuemente: per conchiudere: per recar in poche le molte parole: per uſar breuità:

per esser breue:per restringere la cosa: per non esser lungo:per non entrare in lunga diceria.

Quid quaeris?noli quaerere:quid plura? quid pluribus?quid multa?quid multis?ne plura ne pluribus:ne multa:ne multis:ne te multis morer: ne multis teneam:quid opus multis?ut in pauca multa conferam: ut paucis concludam: ut rem paucis complectar,comprehendam,perstringam, ut summatim exponã:ut breuitate utar:ut satietatẽ lõgae orationis effugiã ne longam orationem suscipiam.

C.

CAGIONE.

Tu sei cagione di questi mali da te nascono questi mali sei tu il fonte,onde queste calamita deriuano:di queste sciagure è da saperne grado a te:tu hai suscitato queste ruine le tue maluagie operationi hãno generata questa peste, acceso questo incendio, prodotto tanti danni: è da riconoscer da te questa tanto auuersa fortuna:per tua colpa siamo miseri: da te prouengono tante miserie.

Tu horum malorum caussa, tu fons, & origo: tu tantas malorum faces incendisti:tu horum malorum initiũ attulisti,tu haec mala peperisti haec mala excitasti auctor horum malorum praeter te nemo fuit a te fluxerunt haec mala, haec incommoda,calamitates,acerbitates,infortunia,damna,detrimenta,pernicies,exitium,rerum euersio horum malorum culpam sustines, horum in te malorum culpa conferenda est omnis haec tibi sunt adscribenda,

benda, aßignandas has calamitates uni tibi acceptas referre debemus.

Hai cagione di rallegrarti, che tra tãti uitij, coſi buon figliuolo tu habbi, tu dei rallegrarti; ragion è, che tu ti rallegri, meritamente puoi rallegrarti ragioneuole e giuſta ſara la tua allegrezza, per hauere coſi honeſto figliuolo in cotanta inſolenza.

Eſt cur gaudeas, habes quod laeteris, iuſtam laetandi cauſſam habes, laetari iure potes; ſi gratularis, iure facis, quod moribus tam perditis filiũ habes tanta modeſtia praeditum, quod is tibi ſit filius, qui continentiam in tanta ceterorum inſolentia, tam diſſolutis moribus, tam immoderato luxu tueatur, & colat.

Camino.

Il camino, il uiaggio, la uia da Padoa a Vicenza, e molto difficile, malageuole, ſtrana di uerno grã diſagi ſi ſoſtengono nel caualcare di uerno da Padoa a Vicenza nõ ſi puo andare nella ſtagione del uerno ſenza grande ſconcio, nel uerno malamente ſi ua, uaßi con diſagio, con fatica, e periglio da Padoa a Vicenza.

Admodum hieme difficilis eſt, incommoda, impedita, plena laboris, & periculi ea uia, quae Patauio Vincentiam fert, ducit qui ſe per hiemem in uiã dant, ut Patauio profecti Vincentiam perueniant, moleſtiam itinere non mediocrem ſuſtineant neceſſe eſt, in multas incidant difficultates, multa ſubeant pericula, multos perpetiantur labores in-

commoda, odiosa, dura minime pauca. iter habentibus Patauio Vincentiam difficultates occurrunt multae uiae difficultas, & iniquitas impedimenta opponit maxima, impedimento uehementer est.

Non ti mettere in camino, non entrar in uiaggio, non andar in uolta, se non sei sano.

Iter ne suscipias, ne te uiae committas, ne te in uiam des, ne ad iter aggrediaris, ne uiam ineas, itineris consilium abijce, omitte, dimitte, nisi recte uales, nisi optima uteris ualetudine, nisi corpore bene firmo.

Capitano.

Cesare fu Capitano eccellente, condottiere de genti, gouernatore di esserciti.

Dux, imperator, rector exercituum Caesar fuit, quo praestantior haberi nemo poßit: praefuit excrcitibus Caesar eximia cum laude: ductor copiarum fuit nemini secundus, copias duxit admirabili rerum bellicarum scientia, geßit bella suo ductu, ea uirtute, ac uigilantia, non modo ut superiorem, sed nec omnino parem quemquam habuerit.

Tutta la citta seguiua Pompeio per capitano, erasi accostata a Pompeio, sotto il gouerno di Pompeio si era messa.

Vniuersa ciuitas ducem Pompeium sequebatur Pompeio regendam se dederat, ad Pompeij ductũ applicauerant se, contulerant se, adiunxerant se uires omnes ciuitatis.

Carestia.

Careſtia.

La careſtia è coſi grande, che ogniuno è coſtretto patire molti diſagi: uendonſi coſi care, a coſi gran prezzo le coſe, che molti incōmodi è biſogno di ſoſtenere

Ita cara eſt annona, ita grauis penuria, ea caritas, ea rerum omniū difficultas, eae ſunt anguſtiae, ita care ueneunt, tanti pretij ſunt, tāti ſunt omnes res, ut incommodis multis affici, premi, laborare, uexari omnes cogātur, ex immoderata penuria, nimia caritate, annonae difficultate exiſtūt, oriuntur, gignūtur, quae ferri uix poſſit, īcōmoda multa.

Caſa.

Habitaua Cicerone in una caſa molto pulita, e molto uaga, era la caſa di Cicerone gentilmente acconcia di bella uiſta, e diletteuole aſpetto.

Domo Cicero utebatur cum primis lauta, et per eleganti, habitabat Cicero lautiſſime, & iucundiſſime, eae Ciceronis aedes erant, in quibus neque lautitiam, neque elegantiam deſiderares, erat in Ciceronis aedibus lautitiae multum, atq. elegantiae.

Io la mia caſa in un modo, & egli la ſua in un altro gouerna, e regge.

Genus rationum mearum diſſimulationem habet cum illius adminiſtratione domeſtica: non eadem in re domeſtica tuenda, in adminiſtranda re familiari, in curanda domo, in gubernatione domeſtica utriuſq. ratio eſt.

Caualleria.

Tu non potresti credere, quanto sia ualorosa questa ban da di caualli.

Vix credas, quantum in proelio ualeat haec equitum turma, quam firma sit, cuius roboris, quorum neruorum hac equitum turma, hoc equitatu, hac equitum manu noli putare quidquam acrius, aut pugnacius esse.

Cauallo.

Spronai il cauallo alla uolta de' nemici, per saluarmi: spinsi il cauallo uerso i nemici, per fuggire il periglio manifesto.

Vt uitae consulerem, ut euaderem e praesenti periculo, ut periculum uitarem minime dubium, ad hostes equum misi, immisi, admisi, incitaui, laxatis habenis hostes uersus impuli.

Cauto.

Era Alessādro Magno piu di tutti animoso, ma nō molto cauto nelle battaglie: cōbatteua Alessandro animosamēte, ma non era aueduto ne' casi perigliosi.

Animi uim, magnitudinem, praestantiam ostendebat in proelijs Alexander, consilium in uitandis periculis ei deerat; animum in Alexandro pugnante laudares, animi uirtutem laudibus efferres, consilium & prudentiam in periculis desiderares, requireres: consilij non habebat satis Alexander ad uittanda, effugienda, declinanda, cauenda pericula, animo quidem in pugnis excellebat, fortem in pugnis animum gerebat, forti a

nimo

nimo pugnas pugnabat, proelia tractabat, rem ge rebat in pugnis.

Cedere.

Perche debbo io cedere, dar luogo a chi mi è inferiore? per qual cagione debbo permettere, che mi uada inanti, che mi ſia antepoſto, chi non e mio pari?

Cur ei cedere, loco cedere, locum concedere, locum dare ei debeo, qui comparandus, aequandus, conferendus, par omnino mihi non eſt? quamobrem qui eſt infra me, qui nihil ad me eſt, mihi patiar an teponi? quid eſt cauſſae, cur primas ei partes conce dam, primas ad eum partes deferri ſinam, primo eum loco ſtatuam, praeponi mihi, ante me collocari, anteire me patiar eum, quem nulla res mecum ae quat, cuius meritis mea merita antecellunt? quid eſt cauſſae, cur honore ſuperior habeatur, qui uirtute inferior eſt?

E coſa da ſauio, è ſaniezza, è ſenno ceder al tempo, ubidire al tempo, ſeguire lo ſtato de' tempi, accordarſi col tempo, conformarſi con la natura de' tempi, accommodarſi alla qualità de' tempi.

Sapientis eſt, ſapientiae eſt, conſilij eſt, rationis eſt, ſapientem decet tempori cedere, neceßitati pa rere, rationem temporis habere, conſulere tempori bus, ſeruire temporibus, conformare ſe ad temporis rationem, conſilia, & actiones tempore modera ri, pro temporum ſtatu & ſuſcipere, & deponere, ita ſe gerere, ut praecipere tẽpus uideatur, ut tem poris ratio ferat, ac poſtulet: quaſi ducem ſequi ins

agendis rebus, quasi consiliarium habere tempus, consiliario uti tempore nos decet.

Cercare.

Fingono i poeti, che Minerua cercò lunganente Proserpina, sua figliuola, rubbatale da Plu one, Re dell'inferno: andò cercando, ogni luogo ricercò per trouare la figliola, nõ lasciò luogo doue nõ cercasse.

Ut poetarum fabulae narrant, diu ac multum, Proserpinam filiã, quã inferorum deus Pluto surri puerat, Minerua perquisiuit, inuestigauit, multum studij posuit, ualde uigilauit Minerua in filia perquirenda: omnia loca permeauit, perlustrauit, inuestigauit, penetrauit, quo non adiuit, non accessit, ut filiam Minerua reperiret? nullum Minerua locum, nullas in querenda filia latebras omisit.

Cercare, per procacciare, & mettere studio.

Infin ch'io uiuerò, in tutte le cose cercherò di mostrarmiti grato: metterò studio in tutta la mia uita, perche tu mi conosca ricordeuole de' benefici da te riceuuti: sforzerommi, ingegnerõmi, adopererò ogni mio studio, & ogni industria: tutte le mie forze impiegherò, procaccierò con ogni mio sapere per farti uedere la gratitudine dell'animo mio, per ricambiarti, ricompensarti, rimunerarti de' benefici tuoi.

Dum uiuam, quoad uiuam, quatenus uitam producam, donec uiuere licebit, dabo operam diligenter, id agam omni studio, curabo, enitar, contendam, in illud studium, illam, curam, unã illam rem incumbam, id mihi propositum erit in omni

ui uita, eo ſpectabit animus meus, eo curae, cogitationesq. meae referentur, intedentur, eo mea conſilia digentur, ut me tibi memorem gratumq. probẽ, parem ut gratiam, par pari ut referã, ut in me gratum animum deſiderare ne poßis, ut officia tua paribus à me compenſentur officijs: in omni meae uitae curſu nihil mihi potius erit, nihil ãtiquius, res mihi non tam erit ulla propoſita, nulla de re laborabo magis, nulli rei ſtudebo magis, aut ſeruiã diligentius, quã ut te de me optime meritum eſſe laeteris.

Certamente.

Certamente, qualunque huomo ſi laſcia traſportare dalla collera, cõmette coſa, onde poi ha cagione di pẽtirſi. di certo, per certo, ſenza dubbio, indubitatamente, ſenza fallo, infallibilmente, ſenza manco, nõ è dubbio, è coſa certa, manifeſta, chiara, uedeſi chiaramente, non può cadere in dubbio, uenire in dubbio, non è dubbio, non è da dubitare, che la colera ci fa operare malißimi effetti.

Sane, ſanequam, certe, certo, re uera, profecto, ſine dubio, proculdubio, abſq. dubio, quidẽ, oĩno, plane, qui ſe iracundia patitur efferri, auferri, abripi, a ratione auocari, a conſilio abduci, is ea cõmittit, quae mox infecta uelit eſſe, in eũ locũ adducitur, ũde exitus non facile datur, eo progreditur, quo paulo poſt perueniſſe paeniteat. certũ eſt, pro certo eſt, exploratum, minime dubium, nemini obſcurum, omnibus apertum, patet, conſtat, perſpicuum eſt, oculis, ac ſenſu ipſo percipitur, uocari in dubium

non

non potest, uenire in dubium, ambigi, dubitari, nemini dubiũ esse potest, quin multa, mala pariat irãcũdia; ex iracundia mala multa gignantur, erumpant, fluant, manent; multorum malorum culpam sustineat iracundia, multorum malorum caussa sit in iracundiam conferenda.

Certezza.

Non ho mai dubitato, non sono stato in dubio, non ho mai hauuto alcun dubio, nõ mi è mai nell'animo caduta dubitatione, uenuto in pensiero di dubitare, che tu non douessi ottenere questo magistrato; ho sempre hauuto certezza, per cosa certa ho creduto, mi ho dato a credere fermamẽte, ho tenuto per certo, per chiaro, ho portato ferma opinione, sono stato in certissima opinione, che tu douessi peruenire, salire, montare a questo grado, che non douesse esserti negato questo honore, non douesse esserti chiusa la uia a questo grado di honore.

Numquam dubitaui, dubium mihi numquam fuit, ambiguum mihi nunquam fuit, numquam mihi uenit in mentem dubitare, ambigere, suspicari, numquam mihi fuit obscurum, aut parum apertum numquam suspicatus sum fore, ut hic tibi magistratus non deferretur, ut excludereris hoc magistratu, ut repulsam ferres, ut reijcereris: pro certo semper existimaui, certo sum arbitratus, certa spes animum meum tenuit, exploratum mihi fuit, prorsus mihi persuasi futurũ, ut ad hunc honoris gradũ peruenires, ut aditus tibi ac uia pateret, ne tibi umquã

eunti ad hunc honorem, uia praecluderetur; petitionis tuae ratio numquã explorata mihi non fuit, incerta, dubia, ambigua, obſcura numquam fuit.

Chiaro.

Se tu ti porterai bene in queſto officio, faraſsi piu chiara, e piu manifeſta la tua uirtu, ſcopriraſsi maggiormente il tuo ualore, appariranno piu che dianzi, le qualità dell'animo tuo.

Hoc munus ſi cum laude adminiſtraueris, geſſeris, curaueris, in hoc te munere ſi praeclare geſſeris, expreſsior & illuſtrior tua uirtus erit, tua uirtus patebit illuſtrius, extabit apertius; magis quã antea, patefient; certiuſq. cognoſcentur animi tui bona; qui uir ſis, & quantus, magis, quam antea, res ipſa, declarabit; maiorem, quam antea, ingenij animiq. tui ſignificacionem dabis; te ipſum oculis hominum aperies, ac patefacies: ipſe te ſic probabis ut antea numquam.

Cittadino.

I Romani faceuano cittadini non i piu ricchi, ma i piu uirtuoſi, accettauano tra cittadini, metteuano nel numero de' cittadini non quelli, che foſſero tenuti piu ricchi, ma doue maggior ualore conoſceuano; dauano la cittadinãza, degnauano i foreſtieri dell' honore, de' priuilegi della loro città per uirtù, non per ricchezze; entraua nel numero de' cittadini Romani, era riputato degno della cittadinanza colui, doue alcun raggio di uirtu riſplendeſſe, e non doue foſſe copia de' beni della fortuna.

Non

Non diuitiae, sed uirtus aditum patefaciebat ad ciuitatem Romanam: ciuitate Romana donabatur, qui uirtute, non qui diuitijs emineret: non opes, sed uirtus ciuitatem Romanam dabat: patebat Romana ciuitas uirtuti potius, quam diuitijs: ius Romanae ciuitatis consequebatur, dignus Romana ciuitate putabatur, recipiebatur in ciuitatem, ad ciuium numerum adscribebatur, ciuis locum obtinebat, referebatur inter ciues, adsciscebatur in ciuitatem, particeps ciuitatis, ciuiliumq. munerum fiebat, impertiebatur ciuitate, perueniebat in ciuitatem, ei ciuitas communicabatur, non qui opibus abundaret, afflueret, ualeret, sed qui uirtute polleret, excelleret, praestaret: non instructis, ac bene paratis a re domestica sed uirtute praeditis hominibus facilis erat, expeditus, minime dubius ad Romanam ciuitatem cursus, uia patebat, nullo negotio aperiebatur, iura, numeraq. omnia ciuitatis Romanae, praemium Romana ciuitas erat.

Sforzati di esser buon cittadino, di far l'officio di buon cittadino, di operare qualunque effetto a buon cittadino si richiede; di essequire cio che sta bene a un cittadino, di satisfare, di non mancare a quanto è tenuto chi di buon cittadino il nome desidera.

Da operam, enitere, ut bonum ciuem agas; bonum ciuem te praebeas, praestes; ut boni ciuis partes tueare, sustineas, agas, exequare; ut boni ciuis officio satisfacias; ut ea praestes, quae bonum ciuē decent,

decent, quae exſpectantur ab eo, qui boni ciuis nomen aucupatur: noli committere, caue ne boni ciuis in officio reprehendaris; ne boni ciuis officium praetermittas; ne quid a te fiat, ne quid committatur bono ciue minus dignum, indecorum bono ciui; ne ciuis eius, qui ciuitate dignus haberi uelit, partes in te requirãtur, officium in te deſideretur: obeunda tibi ſunt, praeſtanda ſunt, non indiligenter, aut languide munera bonis ciuis.

Colera.

Tu mi fai colera; benche io non ſia colerico per natura: mi fai entrare in colera, mi commoui la colera, mi fai adirare, corrucciare; benche naturalmente io non ſia facile all'entrare in colera, io non ſia alla colera ſoggetto, io ſia dall'ira lontano, io non ſia troppo inclinato all'ira, io non traſcorra nell'ira troppo di leggieri.

Stomachum mihi facis; bilem commoues: inducis me, impellis, incitas ad iram facis ut iraſcar, ut ira commouear, afficiar, corripiar, ut excandeſcã, ut exardeam, ut ira flagrem; & ſi nequaquam iracũdus homo natura ſum, non procliuis, pronus, propenſus, inclinatus ad iram, non irae deditus, non is, qui ad iram facile labar; ſum alienus, longe remotus ab ira; quamquam iuris in me parum habet ira, minime mihi dominatur ira, non admodum ad iram propendeo, inclino, ab ira longe abſum.

Qualunq. coſa farai in colera, con colera, adirato, corrucciato, con ira, da colera ſoſpinto, da ira commoſſo,

commoſſo,in quell'alteratione di animo, che naſce dall'ira;ſara mal fatta,e biaſimo ne riporterai,uergogna te ne ſeguira.

Quidquid ages iracunde,iratus,in ira,cum ira, irato animo,animo ira commoto,ira affecto, ira aagitato,commotus ira,adductus,inductus, impulſus,incitatus,actus,accenſus,inflammatus, iracundiae ui compulſus,turpiter ages, tua cum infamia, ignominia,tuo cum dedecorre;turpi te macula inquinabis,labe inficies;dedecus, infamiae turpis nota conſequetur.

Colmo.

Fuggi al colmo della caſa,alla cima,al ſommo,alle ſupreme, alle piu alte parti,alla ſommità del tetto.

Effugit,fuga ſe abripuit, fuga euaſit, ad dedium ſumma,ad ſummas aedes, ad faſtigium, ad culmen, ad ſuperiores, excelſiores, ſublimiores aedium partes, addidit ſe in ſummas aedes, fuga ſe contulit in ſummas aedes,fuga petiuit ſummas aedes.

Io non ho errato, e nondimeno tu mi accuſi: la colpa non è mia,non ho commeſſo difetto,errore, peccato,quel che mi uiene imputato,rimprouerato,aſſegnato:ſon'incolpato ſenza cagione: trouomi fuori di colpa, ſenza colpa, lontano da colpa, di niuna colpa macchiato, uuoto di colpa, ſincero da ogni colpa:emmi data la colpa,ſenza mio merito,ſenza mio peccato,mancamento,difetto, errore:ſon'accuſato a torto,ingiuſtamẽte,fuor di ragione,ſenza ra

gio-

gione, contra ragione, contra il douere.

Accuſas me innocentẽ, immerẽtem, inſontem, nullo meo merito, immerito meo, iniuria, iniuſte, inique, contra quam ius eſt, contra quam meritus ſum, contra ius, et aequum, abſque mea culpa: haec in me ſine cauſſa confertur culpa: mihi adſcribenda, aſsignanda, attribuenda cauſſa non eſt: culpa uaco: culpa careo: longe abſum a culpa: procul ab eſt a me culpa: remotus a culpa ſum: culpae ſum expers: extra culpam ſum: non haeret in me culpa: culpam non ſuſtineo: affinis culpae non ſum: culpae mihi non ſum conſcius: in culpa non ſum: commiſſum a me nihil eſt, quare uidear accuſandus: non erraui: non peccaui: non deliqui: lapſus non ſum: nullam in culpam incidi: nullam commiſi culpam: nihil commiſi, admiſi, perpetraui, nullo me ſcelere adſtrinxi, obſtrinxi, maculaui, inquinaui.

Combattere.

Combatte Annibale Cartagineſe piu uolte felicemente con le genti Romane, fece la giornata, fece il fatto d'arme, fece battaglia, uenne a battaglia, conteſe con l'armi.

Saepe cum Romanis exercitibus, copijs Poenus Hannibal feliciter, proſpere, ſeconda fortuna, proſpero euentu pugnauit, pugnas pugnauit, pugna certauit, acie conflixit, acie contendit, acie congreſſus eſt, praelio decertauit, depugnauit, dilgladiatus eſt, manus conſeruit.

Combattimento.

In quel combattimento, in quella battaglia, quel fat to d'arme, quella giornata, quel conflitto, quella contesa, quella ciuffa morirono dugento huomini ualorosi.

In illa pugna, illa acie, illo proelio, conflictu ducenti homines insigni fortitudine, uirtute praestantes, ceciderunt, mortem oppetierunt, occubuerunt, desiderati sunt: ducentos homines pugna illa sustulit.

Commandare.

Tu mi commandi cosa, la quale non posso, ne debbo esequire: mi commetti cosa ne honesta, ne possibile a farsi: m'imponi, uuoi ch'io facci cosa.

Imperas mihi, iubes, mandas, id fieri a me uis, quod exequi, efficere, praestare neq. debeo, neq. possum: id mihi imponis, quod sustinere neq. debeo, neq. possum: das mihi rem in mandatis neq. honestam, & eiusmodi, quae uires meas exsuperet.

E cosa da desiderare, il poter commandare a molti, l'hauer molti a suo seruigio, esser padrone di molti.

Optabile est, imperium in multos habere, habere multos, quibus liceat imperare, qui pareant imperanti; quorum opera iure tuo, pro tuo iure, pro potestate, tuo arbitratu possis uti. multis dominari, multis praeesse paratos ad uoluntatem, ad imperium, ad nutum habere multos.

Commune.

Queſto monte è tuo, e mio, incominciando onde l'acqua ſcende; e tra noi commune; e di amendue noi; habbiamo amendue parte in queſto monte: parteciþiamo l'uno e l'altro di queſto monte: poſſediamo parimente queſto monte.

Hic tibi mecum, hic inter nos communis eſt mons, diuiſus aquarum diuortijs: particeps uterq. noſtrum huiuſce montis eſt mons hic pertinet ad utrunq. noſtrum, iuris utriuſq. noſtrum eſt, ius habemus uterq. in hoc monte, aequa utrique noſtrum huius montis poſſeſsio eſt.

Communicare.

Communicherò uolontieri teco quelle poche ſoſtanze, ch'io mi trouo hauere: ti farò parte della mia poca robba; ſaranno communi tra noi le mie poche facultà: parteciperai del mio: hauerai parte nel mio: non meno tua, che mia: tua parimente e mia ſarà la mia robba.

Communicabo tibi, impertiam tibi rem meam: communis inter nos erit mea res: partem capies de mea re; rei meae particeps eris: non minus tibi, quam mihi, tibi pariter, & mihi, aeque utriq. noſtrum, non mihi magis, quam tibi, mea res parebit: utemur communi iure, aequo iure, pari poteſtate mea re iuris tibi tantum, quantum ipſi mihi, erit in mea re. mecum rem meam communicabis, communem habebis.

Compagnia.

Non è da far compagnia co'maluagi, benche se ne speri grande utilita: e da fuggire la compagnia, de' cattiui; con qual si uoglia utilità: non è d'accompagnarsi, da congiungnersi, da tenere co'tristi: non sta bene l'attaccarsi a'maluagi, il seguire i maluagi, l'entrare in compagnia de'maluagi; mescolarsi co' maluagi.

Non est cum improbis hominibus iungenda societas, coire nos societatem, coire in societatem, inire societatem cum perditis hominibus, dare se in societatem perditorum, conferre se, ad iungere se, applicare se ad homines perditos, coniungere se, uinculo se societatis obstringere cum perditis hominibus, utilitatis uel maxima spe proposita, uel si spes utilitatis maxima ostendatur, non decet, turpe est, minime debemus: qui se socium ad perditos homines adiungit, cum perditis hominibus coit, perditos sequitur, comitem se praebet improbis, facit turpiter, contra quam decet, minime laudabiliter.

Io ti terro compagnia infin quando uorrai: non mi ti leuerò mai da canto, se non uorrai: sarot ti attaccato, quanto ti piacerà.

Assiduum, perpetuum, usq. dum uolueris, quo ad uolueris, comitem me habebis, me tibi comitem praebebo, haerebo tibi usq. tibi affixus ero, dum tua uoluntas feret: numquam a te, nunquam a tuo latere, nisi te uolente, lubente, concedente, permittente, discedam: nulla me res, nisi tua uolun-

tas, auellet abs te, amouebit, ſeiunget, dijunget, abiunget.

Compiacere.

Tu mi lodi cotanto non per giudicio tuo, non per merito mio, ma per farmi piacere, per entrarmi in gratia, per acquiſtarti la mia gratia, per cõpiacermi.

Tantas in me laudes cõfers, effers me laudibus, non iudicio tuo, merito ue adductus meo, ſed, ut in eas a me gratiam, gratiae cauſſa, ad colligendam beneuolentiam, gratiam meam his laudibus aucuparis, das hoc auribus meis, largiris mihi, non ueri tati: auribus inſeruis: loqueris ad uoluntatem: non hoc ex animo facis, ſed eo conſilio, id ſpectans, id ſecutus, meum tibi ut amorem hoc artificio, hoc tuo quaſi merito adiungas, mihi gratificeris.

Compiutamente.

Egli è compiutamente dotto in geometria: ha compiuta ſcienza di geometria: ſa quãto può ſaper un'huomo di coſe di geometria: intende la geometria perfettamente, inſin'al fondo, eccellentemente, quanto poßibil'e, in tal maniera, che piu non ſi puo, interamente, infin'al ſommo.

Geometricis litteris eſt perfecte eruditus: penitus cognouit geometriam: tenet omnino geometriam: callet omnino geometricam ſcientiam: excellit in geometria: perfectam, abſolutam, ſingularem, eximiam geometriae ſcientiam poßidet, ita proceßit in geometria, ut ad ſummum peruenerit: prorſus geometriam cognouit: uincit omnes, prae

ſtat omnibus,antecellit omnibus, nemini ſecundus eſt,parem habet neminem, ſuperior omnibus eſt in geometrica ſcientia.

Compito.

Duolmi, che coſi compiuto huomo coſi ingiuſtamente ſia trattato,huomo perfetto, in ogni coſa eccellente,ornato di ogni lodeuole qualità, dotato di qual ſi uoglia uirtu,a cui nulla manca, in cui ſono tutte le buone conditioni,e parti.

Virum excellentem,praeſtantem, omnibus, ut aiunt,numeris abſolutum,omni laude inſignẽ, participem omnium uirtutum,cui nihil deſit, in quo nihil deſideres,quem eſſe uirum ſingularem dicas.

Compleſsione.

Era Cicerone nella ſua giouanezza di cattiua compleſſione, mal compleſſionato,poco ſano,cagioneuole della perſona, aſſai mal condicionato della perſona,in ſtato poco buono di ſanita, poco robuſto del corpo,debole di compleſſione.

Cicero in adoleſcentia ſua, cum adoleſcens eſſet, cum adoleſcentiae non dum annos exceſſiſſet, egreſſus eſſet: ualetudine erat, ualetudine utebatur infirma, parum firma, minime firma, haud ſatis firma, nequaquam firma, paullo infirmiore, imbecilla, non optima, non robuſta; ſatis affecta, ſatis ad morbos propenſa: non recte ſe habebat Cicero in adoleſcentia. non omnino ualebat: minus belle habebat, ſe habebat: non optime ualebat: ualetudine erat infirmior: uiri-

bus

bus parum firmis, corpore non satis firmo utebatur ualetudinis, firmitudinis, firmitatis, uirium, roboris adolescenti Ciceroni minus erat, quam satis esset, parum ualidae uires erant infirmior erat, imbecillior, tenui, incommoda, uitiosa ualetudine, parum ualidus erat, infirme ualebat, ualetudine erat imbecillior, ualetudinis ratio laborabat, ualetudinarius erat Cicero.

Se studierai piu moderatamente, ogni giorno farai miglior compleßione, migliorerai di compleßione, farai piu gagliarda compleßione, diuerrai piu gagliardo, piu robusto, piu sano, a miglior stato di compleßione ti ridurrai.

Si modum studijs impones, facies, statues; si tibi moderaberis in studijs, si studia moderabere; si tibi parces in studijs, ualetudine melior fies; ualetudine confirmabis conualescens quotidie magis; firmior, ac ualidior fies: bonae ualetudinis, firmitatis, uirium, roboris quotidie plus assequeris; ad perfectam ualetudinem quotidie propius accedes.

Componimenti.

Piaceuano a tutti i componimenti di Marco Varrone per la dottrina, non per eloquenza: lodaua ogniuno gli scritti, i libri, le opere di Varrone.

Scripta Varronis ex doctrina potius, quam eloquentia, magis ob doctrinam, quam eloquentiam, rerum caussa, non uerborum, probabantur ab omnibus: libros Varronis, ea quae Varro

chartis mandabat, litteris committtebas, componebat, scribebat, litteris persequebatur, litteris explicabat, litterarum monumentis tradebat, prodebat, mandabat, committebat, commendabat, monumentis & litteris mandabat, ea probabant omnes, rerum fructu potius, quam specie uerborum adducti.

Gli antichi hanno scritto, hãno insegnato co' loro componimenti, hanno trattato ne' loro scritti cose molto honorate della uirtu: hanno gli antichi fatto conoscere per mezzo de' loro scritti, con la loro industria bellissime cose della uirtù, hanno lasciato cõponimenti delle lodi, e del frutto della uirtu ripieni.

Ita ueteres de uirtute scripserunt, ut in libris eorum singularis eniteat, eluceat, emineat, excellet, industria; praeclara sunt a ueteribus ad bene uiuendum scripta, de uirtutis praestantia tradita, prodita, memoriae mandata, monumentis consignata litterarum, scriptis explicata, consignata chartis, tradita, litteris prodita litteris, mandata, consignata, commendata, comprehensa, expressa, explicata.

Tu componi molto bene, tu scriui eccellentemente, di maniera, che rendi chiaro il tuo nome, che lode ne riporti, lode te ne segue.

Scribis egregie, scribendi laude excellis, subtiliter, & eleganter scribis, ita scribis, ita uersaris in scribendo, ita te in optima scribendi ratione exerces, tua ut excellat industria scribis ut

pauci,

pauci, propriam quandam laudem in ſcribendo cõſequeris: praeclara ſunt, quae ingenio ſtudioq. pariſ, quae tua parit induſtria: mirabiles ſunt, minime uulgares ingenij, & induſtriae tuae fructus.

Vorrei che tu ſcriueſſi delle coſe mie, che i tuoi libri parlaſſero di me, che la tua penna mi faceſſe immortale, che le coſe mie foſſero da' tuoi componimenti honorate.

Velim a te noſtrorum temporum conſilia atq. euentus litteris mandare, res noſtras monumentis cõmendari tuis, noſtrũ nomen tuis illuſtrari, et celebrari ſcriptis: tuis ornari ſcriptis ualde uelim: gloriae ſempiternae commendari per te cupio.

Sempre tu componi coſe belle, & honorate.

Semper aliquid ex te promis, quod alios delectet, te ipſum laudibus illuſtret.

Deſidera grandemente di comporre in materia delle tue eterne lodi.

Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

Comprendere.

Facilmente ho compreſo, leggiermente ho conoſciuto, facil coſa mi è ſtata da uedere, facilmente ho ueduto, ho potuto giudicare, che le tue lettere gran piacere gli hanno recato.

Litterae tuae, quod facile cognouerim, intellexerim, ſenſerim, coniecerim, iudicauerim, quod facile noſſe, intelligere, ſentire, conijcere, coniectura conſequi licuerit, potuerim, ei periucundae fuerũt

summã ei iucunditatẽ attulerunt, pepererunt, magna illum iucunditate affecerunt, perfuderunt.

Confarsi.

Questo non si confa con quello che tu mi hai scritto, non ha somiglianza, non conuiene; non ha che fare con le tue lettere.

Non est hoc tuis litteris consentaneum, non conuenit cum tuis litteris, non consentit, non congruit, non quadrat; discrepat a tuis litteris, dissentit a tuis litteris, abhorret a tuis litteris, alienum est tuarum litterarum sententia.

Tu non ti confai con persona del mondo.

Cum nemine prorsus tibi conuenit tui mores ab omnium moribus abhorrent, aptus non es, ineptus es, minime accommodatus ad mores, ad consuetudinem, ad naturam, ad ingenium cuiusquam: nescis uti cuiusquam consuetudine, alienus es ab omnium consuetudine, ac moribus non facile tuos mores ad cuiusquã mores conformas: morosus es, nimiumq. difficilis in consuetudine, et usu ita te morosum difficilemq. praebes in consuetudine, ita mores aliorũ fastidis, ut nemo te, tu nemine uti possis, ut neque tu quemquam, neque te quisquam ferre possit, ut neque tu consuetudine cuiusquam, neque tua quisquam uti possit.

Confidare in se stesso.

Filosofi non sogliono dipendere dalla fortuna, la quale può molto nelle cose humane, ma confidano in se stessi, ogni speranza in se stessi ripongono,

gono, ogni coſa da ſe ſteſſi aſpettano; appogianſi alle proprie forze.

Hic eſt mos philoſophorum, ea uitae ratio, illud inſtitutum, non ut a fortuna pendeant, cuius eſt in rebus humanis maxima uis; ſed ut in ſe ipſis omnia ſtatuant, collocent, ponant; omnes in ſe ipſis ſitas ac locatas rationes & ſpes habeant; ſe ſpectent ipſos; ſuis nitantur uiribus; nihil aliunde expectent; a ſe ipſis omnia; praeſidia conſtituant ad omnes caſus, in ſe ipſis omnia.

Confortare per conſolare.

Niuna coſa puo conſolarmi coſi graue dolore, che mi preme: niuna ragione e baſtãte a porgermi cõforto ha forza di ſolleuarmi, iſgrauarmi dal dolore, ſcemarmi il dolore, diminuirmi la doglia, alleggierirmi la paſſione, rẽdermi il cordoglio mẽ graue, meno acerbo, meno amaro, por fine, termine, miſura al mio dolore, niuna coſa e che poſſa trarmi l'animo di dolore, liberarlo dal dolore, ſanarlo di quella piaga, che il dolore gli fa, qual ragion'e, qual ſperãza, qual rimedio, che poſſa? appreſſo me niuna conſolatione ha luogo, e ſouerchio, e debole, poco utile, di poca uirtu ogni conforto; egli e impoſſibile, ch'io diponga, ch'io laſci, temperi raffreni il mio dolore; non fie mai, che l'animo mio la ſua ſmarrita uirtu ripigli: coſi grauemente il dolore l'ha percoſſo; niuno accidente rendera mai all'animo mio quell'allegria, quella giocondita, quello ſtato, quella forma, che il dolore gli ha tolto, onde

to, onde il dolore l'ha rimosso.

Nihil est, quod solatium, consolationem praebere, afferre, parere, solatio esse, consolationi esse mihi possit: nulla res est, quae recreare, reficere, leuare, uendicari a dolore, liberare solicitudine, eximere dolore, abducere a cura, auocare a molestia, abstraere, auellere a maerore animum meum possit: afflictum a maerore animum, languentem, iacentem erigere, excitare, confirmare nulla iam consolatio potest: affectum dolore animum sanare nulla ratio queat: laboranti animo, aegrotanti, pessime affecto mederi satis nulla ratio ualet, parum apta remedio reperientur, inutilis, infirma, inanis, superuacanea prorsus omnis medicina est: quis iam homo (dicerem, nisi esset impium, quis iam Deus) animo meo uirtutem, dolore ereptam, restituere possit? quis ea sanare ualnera, ijs uulneribus mederi, medicinam afferre, remedium inuenire, quae mihi fortuna intulit, imposuit, inflixit? ita dolore obruor, ut emergere nulla ratione possim? ita malis opprimor, prorsus ut respirare non liceat: respuit iam animus meus, quasi desperata salute, omnem medicinam, remedia cuncta, omnia consolationum genera: frustra in me consolando ponitur opera, inanem operam sumit, qui ad me consolandum aggreditur: insitus, infixus in animo dolor ita penitus est, ut euelli nulla ratione possit, ut nulla uis rationum possit esse tanta, quae illum, ne die quidem adiuuante, possit euellere, extra[illegible]re, educere, eri-

pere:

pere: finem facere dolori meo, finem imponere, modum ſtatuere, terminum ſtatuere, dolorem moderari, neque homo eſt, neque res ulla, quae posſit: non eſt ut posſim in dolore mihi temperare, dolore abſtinere, dolorem ſedare, abijcere: ipſe me ad eam hilaritatem, eam iacunditatem, quam dolor ademit, reuocare, referre me ad priſtinam animi aequitatem, in eum ſtatum, unde me dolor deiecit, deturbauit, depulit, detruſit, reſtituere.

Confortare, per eſſortare.

Debbono que' padri, che hanno cura del bene de' loro figliuoli, non alla robba confortarli, laquale facilmente la fortuna e ci dona, e ci toglie, ma a quelle arti, che in tutta la uita ſi poſſeggono: debbono ammonirli, ſoſpignerli, incitarli, ſpronarli: debbono loro proporre, mettere inanti gli occhi, dar' a uedere, far conoſcere, dimoſtrar con ragione il frutto, e la lode di quelle arti, che altri che morte non ci toglie: debbono conſigliare, ricordare, con tal conſiglio operare.

Decet parentes illos, qui liberis conſultum uolunt, non eos ad rem cohortari, quam facile, nullo negotio, arbitratu ſuo tum largitur, tum eripit fortuna, uerum ad eas artes, quarum uitae par uſus et poſſesſio eſt: auctores filijs parentes eſſe debent, ut ad eas artes, ad earum artium ſtudia ſeſe conferant, applicent, animum adiungant, toto animo incumbant, quarum poſſesſio uitam aequat: impellere filios parentes debent, incitare, conſilio, rationi

bus,

bus,argumentis adducere ad eas artes,laudare il lis eas artes, ostẽdere illis earum artium fructum, hortatores esse ad eas artes id cõsilij dare filijs parẽtes debent, ita consulere,eã suscipere cohortatiõnẽ,ea cohortatione uti,ea demũ est apud filios egregia parentum cohortatio, qua impelluntur ad eas disciplinas, quarum est aeterna possessio, quarum nobis fructum una mors adimit, quarum usus interitu uitae,nulla re praeterea,terminatur.

Conoscere.

Io lo conosco benissimo, so molto bene, chi egli e; ho compiuta notitia de' fatti suoi;interamente sono informato di lui;ho piena contezza di lui, e dello stato suo;sonomi note le sua qualita.

Pulchre hominẽ noui,probe noui praeclare,perfecte,plane,penitus; sensus cuius egregie teneo habeo illum omnino cognitum, neque ipse me, neque status eius ulla ex parte latet,praeterit, fugit,qui sit, quo animo, quo sensu, quo ingenio praeditus, optime noui.

Conscienza.

Che animo io habbia sempre hauuto uerso di te, mi e testimonio la mia conscienza,son'io consapeuole a me stesso,posso io renderne testimonianza,farne fede,darne conto a me stesso.

Quo fuerim semper in te animo, qui meus fuerit erga te animus, quo sensus in te fuerim, quo modo animatus,testis ipse mihi sum,teste uti me ipso possum, testem habeo conscientiam meam. teste

ſic licet uti conſcientia mea, conſcius ipſe mihi ſum.

Conſentimento.

Di conſentimento uniuerſale la coſa fu operata, per commune iudicio, lodando ogniuno, approuando ogniuno, acconſentendoui ogniuno.

Communi conſenſu, conſenſione omnium, omnium iudicio; approbatione, ſententia, conſentientibus cunctis hominibus, approbantibus, nemine prorſus diſſentiente, nulla cuiuſquam diſcrepante ſententia, acta, res eſt, geſta, adminiſtrata in ea re gerenda omnes conſenſerunt, conſenſus omnium par & idem fuit, omnes omnium ſententiae conuenerunt, nemo diſſenſit, ſententiarum uarietas nulla fuit, diſſimilitudo uoluntatum, aut opinionum nullia prorſus extitit, ſenſu diuerſo nemo fuit, omnes omnium uoluntates, opiniones, ſententiae, iudicia congruerunt.

Conſentire.

Conſentiro che tu faccia queſto, ſe tuo padre te ne conſiglia, lodero che tu'l faccia, approuero, ſaro del tuo parere, accompagnero il mio giudicio col tuo, entrero nella tua opinione.

Aſſentiar tibi, probabo tuum conſilium, meam ſententiam ad tuam aggregabo, meum iudicium cum tuo coniungam, ita ſentiam quod tu entis, ita faciundum iudicabo, ſi modo, id ut facias, ſuadet, cenſet, auctor eſt, conſulit pater tuus, aſſentiar tibi, aſſentiente patre tuo, ſi facis approbante

bante pat. , si tuo cum iudicio patris tui iudicium congruit, si de patris sententia facis, si pater non dissentit, si ad tuam sententiam pater accedit.

Conseruare.

Contentomi di conseruare quella robba, che mio padre mi ha lasciata: bastami a custodire, a mantenere, ritenere nello stato suo, non diminuire il patrimonio.

Rem mihi a parente traditam seruare, conseruare, custodire, tueri, incolumem tueri, non imminuere, satis est: nullam patrimonij partem imminuere, nullam adimere, nihil de patrimonio detrahere, patrimonium in eodem statu retinere, satis habeo: contentus patrimonio sum: de augendo patrimonio nihil laboro, cogito, curo, solicitus sum, anxius sum curam nullam suscipio, nulla me tenet, nulla solicitat, nulla exercet cura.

Pur che l'honore mi si conserui, poco mi curo di perder parte della robba: pur che l'honore non mi sia tolto, non mi sia diminuito, conserui lo stato suo, rimanga nel suo stato, rimanga il medesimo, non patisca danno, non senta offesa, non riceua ingiuria,

Sit modo dignitas incolumis, adimi de fortuna non recuso: liceat modo dignitatem tueri, incolumem seruare: permaneat dignitas in eodem statu: modo ne cogar de statu meae dignitatis demigrare: sit eadem dignitas, ne mutetur, ne deminuatur, ne laedatur, ne qua iniuria, damno, detrimento afficiatur, nec quid iacturae f[illegible]ciat, ne quam iactu ram

ram ſubeat, ſuſtineat, ferat, patiatur, ne damni quid faciat, ne de dignitate detrahatur, adimatur, imminuatur.

Conſiderare.

Quanto piu conſidero la uarietà della fortuna, tanto maggiormente rimuouo l'animo dal deſiderio delle ricchezze: quanto piu penſo, miro fiſo, indirizzo il penſiero, la mente riuolgo all'inſtabilità, al uario corſo, a gli effetti diuerſi della fortuna.

Quo diligentius, ſtudioſius, accuratius cogito, attendo, animaduerto, meditor, mente animoq. conſidero, in animo uoluo, mecũ ipſe perpendo, examino, pondero uarietatẽ, inſtabilitatẽ, leuitatẽ, inconſtantiam fortunae, euenta uaria, uarios rerum euentus, qui a fortuna pendent: quo magis ad fortunae uarietatem ſpecto, animum intẽdo, intueor, meas cogitationes conuerto, eo longius a cupiditate diuitiarum animum abduco, remoueo, aufero.

Conſigliare.

Conſiglioti far queſto, ſe della tua lode ti cale: te ne conforto: giudico che tu debba farlo: lodo che tu'l faccia: piacemi che tu'l faccia: queſta e la mia opinione: ſon di opinione, di parere.

Hoc tibi conſilij do, tua de laude ſi laboras, tua ſi tibi laus curae eſt, cordi eſt: te hortor, adhortor, cohortor, ſuadeo: auctor tibi ſum: hoc eſt meum conſilium: mei conſilij hoc eſt: mea haec eſt ſententia, opinio, meus ſenſus, meum iudicium, ita cenſeo, ita mihi uidetur, placet, probatur, ſi me audes,

hoc

hoc facies, si meum consilium sequeris: mea tibi sententia si probabitur, me approbante facies, de mea sententia, meo consilio, meo suasu, me aucto-re: si me putas quidquam sapere, non esse prorsus insipientem, aliquid uidere: si meum consilium habet aliquid apud te ponderis, hoc facies, ages, aggrederis, suscipies, faciundum tibi iudicabis.

Consigliarsi.

E cosa da sauio, il consigliarsi con gli amici, ne' dubbiosi partiti, il richiedere il consiglio de gli amici, l'opinione, il giudicio, il parere de gli amici, il ricorrere per consiglio a gli amici, il ualersi del consiglio de gli amici, l'usare, l'adoperare il consiglio de gli amici.

Sapientis est; incertis in rebus, dubijs, ambiguis, obscuris, in controuersia positis, in aliqua difficultate constitutis, in ancipiti rerum statu, amicos consulere, in consilium adhibere, ad amicos referre, ad consilium amicorum confugere, amicorum consilio uti, sententiam exquirere, adire ad amicos consilij caussa, petere consilium ab amicis; uelle cognoscere, quid amicis uideatur, quid amici sentiant, quis sit amicorum sensus, quae sententia, quid habeant opinionis, probent, censeant, iudicent, faciendum existiment.

Consiglio.

Rare uolte il consiglio de' uecchi e cattiuo: per l'ordinario e buona l'opinione de' uecchi, e sauio il giudicio, e ragioneuole il parere.

Senum

Senum conſilia non ſaepe inutilia ſunt, inania, ſtulta, abſurda: raro labitur ſenilis aetas in conſilijs, ſapienter fere conſulit ſenilis aetas; optimis, ac firmiſsimis rationibus fere ſemper nititur ſenilis opinio, ſententia, ſapienter conſulunt ſenes, optimã partem eligunt, non peccant in conſilio, non errant non labuntur, non offendunt, quorum grandior eſt aetas, qui longius a etate proceſſerunt, is eorum ſolet eſſe ſenſu, qui a ratione non diſcedat, recedat, procul abſit, qui cum ratione congruat, quem ratio confirmet, a quo ratio non diſſentiat.

Conſolare.

Coſi penſando, con queſto penſiero ti conſolerai grandemente, gran conforto porgerai a te ſteſſo, alleggierirai la tua pena, medicherai la piaga del tuo dolore.

Haec te non mediocriter cogitatio confirmabit, haec ſi tibi proponas, apud animum tuum propones, animo agitabis, animo ſpectabis, leuabis tuum luctum, leuabis a te luctu, aegritudine, ſolicitudine, cura; ſanabis uulnus doloris tui; ipſe te lenies, Vedi la parola, Confortare.

Conſumare.

Il dolore mi conſuma, diſtrugge, ſtrugge, conduce a fine.

Dolore contabeſco, conſumor, conficior, perimor, exanimor, me dolor interimit, perdit; mihi dolor uitae finem facit.

Tu conſumi la robba inutilmente, acquiſtata da

tuoi maggiori con grandißime fatiche : tu getti uia , mandi à male , distruggi , guasti le tue facultà.

Rem consumis, perdis, disperdis, male perdis, dißipas in res inutiles, inanes, leues erogas, partam; quaesitam, comparatam, congestam summis laboribus maiorum tuorum, quam maiorum tuorum summa collegit industria.

Contendere.

Non e da contendere co' piu gagliardi, non e da contrastare, da uenir in contesa, in contrasto, uenir alle mani, uenir in questione.

Contendere, certare, pugnare, altercari cum ualentioribus non debemus: aduersus ualentiores, firmiores, robustiores, paratiores, a uiribus suscipienda contentio non est.

Si contese sopra di questo insino a notte.

Haec usq. ad noctem ducta controuersia est, lis, contentio, pugna, altercatio.

Contentarsi.

Io mi contento dello stato mio; non mi dolgo dello stato mio; non richieggo miglior fortuna; bastami quello che ho: non si stende il desiderio mio apiu di quello, ch'io ho: non esce l'animo mio di questi termini: io mi acqueto allo stato presente delle cose mie.

Contentus sum rerum mearum statu : sufficit, satis est, abunde est, quod habeo : acquiesco rebus meis, maiora non appeto, continet se intra fines hos animus meus, non pr labitur, non excurrit,

rit, non ſe longius effert, non ſe tollit altius, plus a fortuna non poſtulo.

Contentezza.

Sarammi di molta contentezza la tua ſanita, molta contentezza, allegrezza, gran piacere, conforto, diletto riceuero, pigliero, ſentiro dalla tua ſanita.

Tua mihi ualetudo magnae uoluptati erit, afficiet me uoluptate, afferet mihi uoluptatem, laetitiam, pariet gaudium, iocunditatem, oblectationem, hilaritatem: uoluptatem capiam, ſuſcipiam, percipiam, ſumam, colligam, hauriam ex tua ualetudine, corpore tuo confirmato.

Continuare.

Se queſte guerre continueranno, fie diſtrutta in poco tempo tutta l'Italia: ſe le guerre dureranno, piu oltre procederanno, piu oltre ſi ſtenderanno, nõ ſi condurranno preſto a fine, non uerranno a fine, non finiranno, non ſi forniranno.

Haec ſi bella durabunt, permanebũt, perpetua, diuturna, fixa erunt, quo coepere curſu procedent, longius producentur, nõ conſiſtent: niſi bellis finis imponatur, fiat, afferatur: niſi bella finiantur, terminentur, ad exitum perducantur: periјt uniuerſa Italia, deſperata omnis Italiae ſalus eſt, actum eſt de ſalute Italiae, ſuam ſalutem Italia deſiderabit.

Tu non continui, non perſeueri nella tua opinione, non ſtai ſaldo ſulla tua opinione, non mantieni la tua opiuione, non ſtai fermo, non ſei ſtabile nel tuo

proponimento.

Non permanes in eadem sententia, non persistis, non perseueras, non pergis, tuam sententiam non retines, non tueris, non seruas: tibi non constas: discedis a sententia: labas in sententia: eadem non est, fixa non est, infirma est tua sententia: mutas sententiam, consilium, opinionem: discedis a sententia, consilio, opinione, sensus tuus non idem est, alius nunc est, immutatus est.

Conto.

Se farai bene i tuoi conti, se calculerai le cose tue, se le ridurrai a' conti, se ne farai ragione; trouerai il dãno della tua robba.

Si putaueris, supputaueris, duxeris, subduxeris rationes tuas, si, subductis rationibus, summam facies rerum tuarum, summam colliges, perstringes conficies, in unum coges; rei tuae familiaris iacturam deprehendes, aperies damna rerum tuarum, detrimenta, patefacies, intelliges, senties.

Al conto che fo io, nel giorno della battaglia le naui partirono.

Vt rationem in eo, ratione colligo, ex ratione coniicio, ut mea ratio est, ut mihi ostendit ratio, ut mihi ex ratione liquet, liquido patet, facile constat, quo die proelium commissum est, eodem naues profectae sunt.

Contrario.

Tu ci sei troppo contrario: ci fai troppo gran contrasto, troppo le tue forze adoperi contro a noi,

con

con troppo ſtudio procacci il noſtro danno, troppo acerbamente ci perſegui, troppo grande auerſario ti dimoſtri, troppo fiero e l'impeto tuo contro a noi.

Nimium grauiter nos oppugnas, aduerſus nos pugnas, nobiſcum pugnas, nobis aduerſaris, nimium te acerbum habemus, nimium nobis infenſus es: quidquid habes uirium, contra nos confers: irruis impetu quam potes maximo: facis maximum impetum contra nos aduerſarius infenſus nimis, infeſtus, grauis, acer, uehemens, ſaeuus, propenſus nimis ad exitium noſtrum; noſtrum ſanguinem nimis auide ſitiens, totus incumbens ad perniciem noſtram contra nos, in nos, aduerſus nos iniq. nimis agis, moues omnes machinas, omnia moliris, nihil non tentas.

Queſte coſe ſono contrarie all'honor tuo, offendono l'honor tuo, macchiano l'honor tuo, ſono di danno all'honor tuo, apportano danno, recano danno, partoriſcono danno, nocciono, punto non giouano all'honor tuo, non ſi accordano con l'honor tuo, non ſi confanno, non conuengono.

Haec honori tuo, tuae dignitati, tuae laudi aduerſantur, aduerſa ſunt, nocent, officiunt, labem inferunt, maculas iniſciunt, tenebras offendunt, damno ſunt, detrimento ſunt, iacturam afferunt, de honore tuo detrahunt, adimunt, auferunt, ledunt honorem tuum, imminuunt, turpi labe inficiunt, [illegible] tenebris circumiectis circum-

 fuſis,

fusis, offusis obscurant.

Corrucciarsi.

Si corruccio grandemente: ando in grandißima colera; monto in colera, sali in colera: adiroßi stranamente, fieramente, oltra modo: fu da troppo gran colera assalito, e preso: di gran colera s'infiammo.

Exarsit iracundia uehementi: exarsit uehementer: excanduit, commotus est, incensus, inflammatus ira uehementi, furere coepit: furor illum inuasit.

Cortese.

Cesare oltre molte altre uirtu, che fiorirono in lui fu il piu cortese huomo del mondo, non hebbe pari alcuno di cortesia, fu superiore a tutti, auanzo ogniuno, uinse tutti gli huomini di cortesia, nell'usar cortesia fu il primo, fu singulare, opero cortesi effetti piu di huomo, che nascesse mai.

Caesar, praeter multas quibus floruit, uirtutes; ut uirtutes, quibus enituit, quae in illo uiguerunt, multas omittam; ea fuit humanitate, eius humanitatis, ea praeditus humanitate, ut nihil supra posset, ut nemo cum illo conferendus, comparandus, aequandus, nemo illi par fuisse uideatur: liberalitate Caesare excelluit, omnibus anteeelluit, praestitit, omnes uicit, nihil Caesare humanius, humanitatem Caesar ita coluit, ut nemo magis, nemo illo fuit ad humanitatem propensior, proprio quodam naturae mune[illegible] fe[illegible]tus ad liberali-

tatem

tatem uidebatur, ſingularem in exercenda liberalitate, & praecipua quadam laude dignum iure Caeſarem dixeris, laudem liberalitatis praeter ceteros Caeſar tulit, laus liberalitatis uni maxime Caeſari debetur.

Corteſia.

Tu hai fatte di molte corteſie nella prouincia, hai uſato grande humanita, hai dimoſtrata una gran benignita.

Late patuit in prouincia liberalitas tua, tua excelluit humanitas: nemo eſt a te nō liberaliſſime tractatus, liberalitatem in te nemo deſiderauit, prolixa fuit in primis, a c benefica natura tua, ſic ut nihil magis, fructus liberalitatis tuae uberrimi fuerunt, ad multos peruenerunt, pertinuerunt.

Coſa.

Tutte le coſe tue, le facende, i tuoi affari, cio che a te appartenera ogni tuo intereſſe, negocio, traffico, mi ſara a cuore quanto ſi conuiene.

Ego tuas res pro eo ac debeo, uti debeo, tua negotia, quidquid ad te pertinebit, diligenter agam, curabo.

Tu non poteui operar coſa ne piu bella, ne di maggior reputatione.

Nihil neque elegãtius, neque ad honorem praeſtantius effici potuit, facinus feciſti pulcherrimum, & in primis honorificum, ſpecioſa res eſt, ualdeq. ampla, quam praeſtitiſti.

La cosa non si fornì, non peruenne a fine, non si condusse all'ultimo effetto, ma ui manco poco.

Sublata res tota non est, sed magna tamen ex parte profligata, parum abest, quin ad exitum res peruenerit, eo res processit, ut ab exitu non longe abfuerit, ut ad exitum paene peruenerit, exitum paene attigerit.

Le cose mie si trouano hora in altro stato: altra forma hanno hora le cose mie, diuersamente, in altra maniera stanno hora le cose mie.

Diuersa nunc mea ratio est, non eadem est, immutata est ratio rerum mearum, alius est rerum mearum status, aliter se meae res habent, non eodem loco, non eodem loci sunt, alius est rerum mearum status.

Le cose tue sono salue come prima, niun danno e seguito nelle cose tue.

Res adhuc tuae tibi sunt integrae, saluae, incolumes: nullam res tuae iacturam tulerunt: nihil detractum est de tuis rebus; incolumitatem obtinent res, rationes, fortunae tuae: bene est rebus tuis, nihil praeter uoluntatem, nihil secus, contra quam uelis.

Io ti ho dato il gouerno delle cose mie senza intrigo cō poche brighe, con picciolo trauaglio.

Res meas tibi tradidi satis aptas, explicatas, expeditas, optime constitutas, nullis difficultatibus implicatas, eiusmodi, ut exhibere tibi negotium aut nullum, aut certe minimum possi-

bori tibi eſſe, aut moleſtiae nequaquam poſſint.

Coſtume.

Egli e coſtume uniuerſale, che ogn'uno ſi difenda contra chi uuole offenderlo: e proprio di ogniuno, uſaſi, e dato a tutti dalla natura, naturalmente ogni uno ha per uſanza.

Mos hic omnium eſt, conſuetudo eſt, inſtitutum eſt, moris eſt, conſuetudinis, inſtituti, mos obtinuit, inualuit, ita fert omnium conſuetudo, mos communis, nemo non ita conſueuit, omnibus eſt a natura tributum, ita natura comparatum eſt, ita comparatum eſt, habent hoc omnes a natura, ita facti, ita inſtituti natura omnes ſumus, ut uim ui repellamus, ut ab iniuria nos tueamur.

Io mi marauiglio grandemente, che tu habbi tanto mutato il tuo coſtume, cangiato uſanza, laſciato l'ordinario tuo.

Mirari ſatis non poſſum, cur a tua conſuetudine tam longe diſceſſeris, receſſeris: tam ualde deſciueris, te remoueris, te abduxeris, cur alius plane factus ſis, cur a te ipſo diſceſſeris, cur te tui tam diſſimilem praebeas, cur te tui ſimilem non praeſtes, cur, qui adhuc fuiſti, eum te non praeſtes, non praebeas.

Alcuni nella prima giouinezza cattiui coſtumi dimoſtrano, e dapoi riconoſciuti, a piu lodeuole uita ſi riuolgono.

Perditis in adoleſcentia moribus multi ſunt,

qui

qui deinde, meliorem adepti mentem, meliorem ad mentem, ac sententiam reuocati, resipiscentes, honestius uitam instituunt, honestioris uitae initium ordiuntur, laudabiliorem uitam exordiuntur: multorum est, impuris moribus, improbis, inhonestis, turpissimis, inquinata adolescentia, contaminata, infecta, uiuunt multi turpiter in adolescentia, student uitijs, turpem uitam colunt, inhoneste uitam traducunt, pecudum more uitam transigunt, procliues ad uitia sunt, turpi uoluntate capiuntur, culpam facile committunt.

Credere.

Credo certamente, fermamente, di certo, per cosa certa, tengo per fermo, porto ferma opinione, penso, presumo, stimo, giudico, ho ferma credenza, che auuerra come io pronostico,

Opinor, arbitror, puto, autumo, existimo, iudico, censeo, duco, ita mihi persuasi, in animum induxi, pro certo habeo, exploratum habeo, minime dubito, plane credo, prorsus, omnino, penitus, certo, pro certo, minime dubitanter, exitum fore, qualem sum auguratus, qui augurio meo respondeat, quem praedixi.

Crescere.

Qualunque cosa cresce, diuiene maggiore, si fa maggiore, accrescimento riceue; la medesima e necessario che scemi, diuenga minore, si diminuisca, perda l'accrescimento acquistato.

Quid quid augetur, crescit, maius, atque amplius

plius ſit, amplificatur, quamcunque ad rem ſit acceſsio, aliquid accedit, accreſcit; eandem minui, imminui, diminui, comminui neceſſe eſt, attenuari, extenuari, iacturam pati, de ea detrahi, diminui, adimi, auferri.

Sarebbono creſciute ancor piu le diſcordie nella citta, ſe il ſenato non ui haueſſe rimediato.

Longius etiam ciuilis diſcordia manaſſet, proceſsiſſet, progreſſa eſſet, grauior eſſet facta, niſi ſenatus eam compreſsiſſet, repreſsiſſet, rettudiſſet, ei occurriſſet, obuiam iuiſſet, impedimenta obieciſſet, impedimento fuiſſet.

Creſcera l'honor tuo, quanto piu i tuoi nemici cercheranno di offenderti.

Illuſtrabit amplitudinem tuam inimicorum iniuria: quo magis obſcurare, atque extinguere tuam dignitatem iniqui tui conabuntur, eo plus ad eam ſplendoris accedet, eo clarius elucebit, eo patebit illuſtrius, eo fiet clarior atque illuſtrior.

Curarſi.

Poco mi curo di te, per li tuoi mali portamenti: non fo molta ſtima di te: non miro a te; non fo caſo di te.

Ita de me meritus es, ita te geſsiſti, ea commiſiſti, eum te praebuiſti, praeſtitiſti, ut minimae mihi curae ſis, nullo apud me loco ſis, minimum te curem, minimum de te laborem, nullam prope tui curam geram, in mi[illegible]mis te ponam.

Poco

Poco mi curo, poco stimo, poco prezzo, non so caso, che tu habbi di me questa opinione.

Facile patior te ita de me sentire, existimare, opinari, tuum hunc esse de me sensum: contemno tuam de me opinionem, sententiam, iudicium: tuam de me sententiam inanem prorsus leuemq. duco: parui est apud me tua de me sententia.

D

DA FANCIVLLO.

Infin da fanciullo, dalla fanciullezza, da' piu teneri anni, da' primi anni dell'età, dal principio dell'età, dalle culle, dalle fascie, quando succhiai il primo latte, infin dal nascimento, quando prima gli occhi apersi, quando uidi questa luce.

Ab initio aetatis, a primo aetatis exordio, a prima aetate, ab ineunte aetate, a primis temporibus, a puero, iam inde a puero, iam inde, usque a puero, a prima pueritia, a primis annis, a teneris, ut Graeci dicunt unguiculis, a die natali, ab ortu primo, a quo die natus sum, ex quo ingressus in uitam sum, ex quo lucis usura frui coepi, ex quo uitae limen attigi, animum ducere, spiritum hauri re de caelo coepi.

Danari.

Egli ha di molti danari: e forte danaroso: ha da spendere: ha quantità di danari: e ben fornito di danari: ha buona borsa.

Bene nummatus est, bene [illegible]uliatus, bene pa-

ratus a pecunia, instructus a pecunia: abundat nummis: copiosus est pecunia: minime pecuniam desiderat: multum habet in arca: refertus est pecuniis: pecuniae illi multum est: pecuniae multum possidet: magnam auri uim argentiq. possidet: in numerato multum habet.

Egli e una carestia di danari da non credere: il bisogno de' danari e grande: il danaro non corre.

Incredibiles pecuniae sunt angustiae: mira penuria nummorum est: summa nummorum difficultas est: pecuniae minimum tractatur: usus pecuniae prope nullus est.

Ho da riscuotere danari per uia di cambio.

Pecunia mihi ex permutatione debetur.

Danno.

Di gran danno fu alla republica di Roma la creatione de' tribuni della plebe, apporto gran danno, partori molti mali, fu di molte calamita cagione, sostenne Roma molte sciagure per la creatione de' tribuni.

Multa mala, damna, detrimenta, incommoda, infortunia urbi Romae peperit, attulit, intulit, inuexit tribunorum pl. creatio: damna tulit, pertulit, sustinuit, passa est, perpessa est, cepit, accepit, damnis affecta est, in damna incidit, incurrit, magnam sui iacturam fecit, grauissimis afflicta malis est, uehementer uexata, ualde comminuta urbs Roma ex creatione, ob creationem tribunorum.

Gran

Gran danno patirono, sostennero, prouarono gli bonorati studi delle lettere, quando Aldo Manutio mori: apporto, arreco, partori gran danno, fu di gran danno cagione a' lodeuoli studi delle lettere la morte di Aldo Manutio: gran danno riceuettero le lettere per la morte di Aldo Manutio.

Multum iacturae tulerunt, graue detrimentnm ceperunt, damnum adierunt, subierunt praeclara litterarum studia ex morte, obitu, interitu Aldi Manuttii: graue uulnus optimis litteris inflixit obitus Aldi Manutii: ictu graui perculsae sunt, ac paene prostratae liberales disciplinae, quo die Aldus Manutius occidit, interiit, extinctus est, perijt, obijt, diem obijt, oppetijt, mortem oppetijt, deceßit a uita discessit, e uita exijt, e uita excessit, uitam cum morte commutauit, morte sublatus est, morte nobis ereptus.

Rallegromi di hauerti conosciuto con poco mio danno, che il conoscerti di poco danno mi sia [illegible]to, poco mi costi, a poco danno mi sia.

Laetor, quod mercede non ita magna, leui detrimento, non admodum graui damno, satis exigua iacturas quo modo sis erga me animatus, quo erga me animo sis, quo sensu sis, qui tuus in me sit animus, qui sit sensus, intellexi; tuum in me animum, tuum sensum intellexi, perspexi cognoui, aperui patefeci.

La guerra ha danneggiato tutto il paese.

Summis difficultatibus r[illegible]ionem uniuersam

bellum

bellum affecit: magnae calamitates ex bello, belli cauſſa, propter bellum acciderunt, euenerunt, obuenerũt, cõtigerũt, obtigerũt, illatae ſunt, allate ſunt oblatae ſunt uniuerſae regioni, uniuerſam regionẽ in multas difficultates bellũ cõiecit, impulit, exitioſũ, perniciosum, calamitoſum uniuerſae regioni bellum, fuit exitio fuit, damno, detrimento, incommodo, calamitati.

Da pocagine.

Credeuaſi, ch'egli lo haueſſe fatto per dapocaggine.

Hoc illi tribuebatur ignauiae: commiſſum hoc ex ignauia hominis interpretabantur: cauſſam huiuſce facti in ignauiam conferebãt, hoc ad ignauiã, inertiam, deſidiam, languorem referebant, adſcribebant ignauiae, aſsignabant ignauiae, ignaui eſſe hominis aiebant.

Dare.

Il dare la uirtu, e di tutti benefici il maggiore.

Qui [illegible]tutem tribuit, praebet, largitur; oſtendit, communicat, is tantum affert beneficium, quantum eſse praeterea nullum poteſt.

Datio.

Egli e ſopraſtante al datio, datiaro principale, gouernatore, rettore della gabella.

Magiſter ſcripturae eſt: ſcripturae praeeſt, uectigalibus praeeſt: princeps publicanorum eſt: illi potiſsimum demãdata uecticalium cura eſt, ei maxime commiſſa uectigalia ſunt: unus praecipue uectigalium curam [illegible]rit, ſuſtinet: uectigalia praecipuo

suo quodam iure, summo quodam iure exercet.

Debito.

Tuo debito e di honorare tuo padre, oltra tutti gli huomini, sei tenuto, obligato, dalla ragione constretto ad honorare tuo padre: ufficio tuo è, l'ufficio tuo richiede, che tu renda honore a tuo padre.

Debes patrem tuum colere ante omnes homines: est, cur patri tuo praecipuum quendam honorem praestes: tui muneris, tui officij, tuarum partium est, tuum munus, tuum officium, tuae partes sunt, hoc in te conuenit, ad te pertinet, a te postulatur, hoc tibi omnis ratio suadet, proponit, ut parentem tuum praecipuo quodam amore colas, obserues, tuearis, afficias.

Debitore.

E mio debitore di gran somma di danari: molti danari, gran quantita di danari mi deue.

Magnam mihi pecuniae uim debet: magno mihi meo aere obstrictus est: est in meis nominibus ex pecunia satis multa.

Debole.

Egli e debole di complessione per durare la fatica de gli studi: non ha forze, e poco gagliardo.

Infirmior est, imbecillior est, infirmiore, imbecilliore, tenuiore ualetudine, infirmioris, imbecillioris, tenuioris ualetudinis est, corpore est infirmiore, imbecilliore, tenuiore, uiribus est infirmioribus, imbecillioribus, tenuioribus, quam ut studiorum laborem, studiorum onus ferre, perferre, sustinere

stinere possit: minus habet uirium, roboris, quam ut studiorum labori par esse possit; quam ut ferendo studiorum labori possit esse: ualetudine utitur infirma, imbecilla, sic, ut labor eum studiorum facile possit opprimere: eam illi ualetudinem, eas natura uires negauit, quas laboriosa studiorum tractatio, assidua litterarum exercitatio, grauissima litterarum studia postulant, requirunt desiderant, exigũt corporis, ualetudinis, uirium infirmitas, imbecillitas, tenuitas facit, ut incumbere, quantum res poscit, in studia non queat.

Degno.

Tuo figliuolo non è degno di esser amato, non merita di essere amato, non e tale, che debba essere amato, non ha qualita, condicione, parti, che di amore degno lo rendano.

Indignus est amore, ac beneuolentia filius tuus; indignus est, quia ametur, non est, qui ametur; nullam uirtutẽ possidet, nulla praeditus est arte, quae amorem conciliet; omnia prorsus animi bona, omnia desiderat ornamenta, quibus beneuolentia colligitur, quae ad colligendam, quaerendam, comparandam beneuolentiam faciunt, ualent, spectant, apta sunt, accommodata, idonea, apposita: nihil est in filio tuo, quod homines ad illum amandum alliciat: nihil est in illo, quare diligatur: nulla arte, scientia, uirtute, nulla plane re commendatur, ut inire gratiam ab hominibus, adiungere sibi homines aliqua beneuolentia possit.

Tu non sei degno di cosi gran beneficio.

Tanto merito indignus es: non is es, in quem tan ta gratia conferatur non ita meritus es, non ea tua merita sunt, ut affici tanto beneficio, ferre tantum beneficium debeas: non is est animus tuus, qui tantam gratiam capiat, comprehendere, complecti, capere, concipere, excipere posit: ineptus es ad tantã gratiam accipiendam: beneficij magnitudo tua merita uincit: impar es tanto beneficio.

Deliberare.

Ho deliberato niuna cosa fare senza consigliarmi teco: ho determinato: ho disposto, ho fermamente proposto, fermo pensiero ho fatto, e mio proponimento mio fermo disegno.

Decreui, constitui, statui, certum consilium cepi plane animum induxi, nihil ut facerem sine consilio tuo, nisi te approbante, nisi de consilio tuo, nisi tuo consilio uterer, niterer deliberatum est, constitutum, iudicatum, captum consilium.

Desidero.

Desidero di esser nella città: ho gran uoglia di esser nella città.

Sum in urbis desiderio: desiderio me urbs afficit: desiderium me tenet urbis: urbis cupiditate flagro: animus meus in urbe est, urbem spectat, aestuat urbis desiderio, est in urbis desiderio.

Desidero grandemente la tua lode: molto mi e a cuore la tua lode; piu del tuo honore niuna cosa mi e a cuore: bramo di uederti honorato; oltra mo

do suo uago dell'honor tuo.

Mire, mirifice, mirabiliter, mirum in modum, mirandum in modum, admirabili quodam studio tuam laudem, tuam decus exspecto, cupio, opto, exopto: percupio tuam laudẽ: sum in desiderio tuae laudis: cupiditate tuae laudis incredibili teneor, ardeo, flagro, sum incensus, sum inflammatus, ducor, trahor, rapior, amore flagro, studio sum incensus: alacris animo sum, ut honestißimum te uideam laude florentem, honoratum: tua mihi laus carißima est, cordi est, curae est, prima est, antiquißima, in maximis est, inter prima ducitur, inter ea, quae apud me summa sunt.

Desidero ueder di te quel medesimo, che di mio figliuolo.

Optime tibi cupio, sic inquam, ut filio meo: tua caussa cupio, quantum filij mei caussa uolo: cupio tibi secunda omnia, non minus quam filio meo: aeque tibi faueo, ac filio meo: animatus in te sum, ut in filium: quo in filium, eodem erga te animo sum.

Conosco quanto sei desideroso di lode.

Omnes tuos ad laudem impetus noui; quam sis ad laudem propensus, inclinatus, quanti sit apud te laus, quam labores de laude, quam uehementer ad laudem incumbas, quam laudi studias, quo studio laudem sequaris, quae tua sit laudis cupiditas, praeclare noui, habeo cognitum.

Difendere.

Si come ti ho promesso, così difenderò sempre l'hònor tuo, contendero per l'honor tuo, saro difensore dell'honor tuo, niuna contesa ricusero per l'ho nor tuo.

Quod pollicitus sum, id re praestabo, ut honorem tuum defendam, tuear, ut honoris tui defensionem, contentionem, certamen suscipiam, ut pro honore tuo pugnem, contendam, certem, ut honorem tuum defendendum, tuendumq. suscipiam.

Difesa.

Cicerone tenne con la parte di Pompeio nella guerra ciuile.

Cicero in bello ciuili Pompeium secutus est, fuit in castris Pompeij, fuit in praesidijs Pompeij, stetit a Pompeio, stetit per Pompeium, Pompeij partes defendit, fuit inter praesidia Pompeij.

Difetto.

Se tu commettessi difetto, temerei non te ne auenisse graue danno: se tu errassi, inciampassi, di ogni tuo difetto, errore, peccato, colpa, gran danno ti seguira.

Offensionem in primis esse periculosam, magno tibi futuram damno, tibi affirmo: si quid offendes errabis, secus efficies, committes, peccabis, laberis, si culpam commiseris, si quam in culpam incideris, si te minus honeste, minus sapienter gesseris, si te, quem non decet, eum praebueris; magno tibi consta bit, non mediocre damnum, [illegible] leuis iactura conse

quetur, tuam culpam graui damno ſolues, magna mercede redimes, grauiſsime lues.

Differenza.

E gran differenza tra le coſe tue, e le mie: e gran diſſomiglianza: non hanno che fare le coſe mie con le tue: altra forma, diuerſa maniera, ſtato differente hanno le coſe mie dalle tue.

Diſsimillima, diuerſa in primis rerum noſtrarum ratio eſt: meae rationes admodum a tuis differunt, diſcrepant, diſtant, diſſentiunt: multum inter res noſtras, intereſt: nõ idem eſt mearum ac tuarum rerum ſtatus: meae rationes aliter, ac tuae, ſe habent, diſsimiliter, diuerſe, diuerſa quadam ratione prorſus alio modo.

Egli e gra differenza da te a tuo padre: tu non raſſomigli, non rappreſenti tuo padre, non operi di maniera, ch'egli ſia riconoſciuto in te ſteſſo; ſei molto da tuo padre differente.

Patris tui diſsimilis es; patrem non refers, non imitaris; parentis tui conſuetudo in te deſideratur: parenti tuo diſsimilem te praebes; tua ratio a patris tui ratione longe diſtat; patris conſuetudine longe diſcedis: non agnoſcitur in te pater tuus: pater tuus in te non agnoſcitur.

Difficile.

La *coſa e difficile, ha[illegible] ſe molta difficulta, e mala-*

geuole,non e facile,non è tale, che facilmente possa farsi;difficilmente,malageuolmente, non facilmente,non di leggiero,a gran pena,con molta fatica,malamente si può fare.

Difficilis res est,laboriosa,non facillima, minime facilis,difficultatis habet,negotij, laboris plurimum:non ea res est, quae facile paruo negotio,leui labore,non magno studio possit effici magnae difficultatis,multi laboris,non parui negotij, non operis exigui,laboriosa,operosa,grauissima res est,in qua sudandum sit,sustinendi labores, multum operae ponendum, uigilandum, excubandum animo sit,non leuiter laborandum, studij multum, industriae plurimum sit adhibendum.

Dilettare.

Se alcuna cosa al mondo,l'otio, e la quiete della uilla mi diletta,porge diletto,è di piacere, l'animo mi conforta,rallegra,rende lieto,recrea,ristora,riempie di grande allegria,di gran piacere, di gra conforto,pasce quasi di un cibo soauissimo, sparge di allegrissimi,e dilettenolissimi pensieri.

Otium, & quies rustica mirium in modum me delectat, oblectat, recreat,reficit, afficit, capit, delectationem mihi affert,uoluptatem, iucunditatem,hilaritatem,gaudium,laetitiam, delectationi est;delectatione me afficit: reus animo meo iucundissimum est: rure,rusticoq. otio delector, mire pascor:delectationem, uoluptatem, iucunditatem ex rure capio,percipio,susci[illegible] illo,atque illa quiete,

quiete, quam rustica parit habitatio, libentißime fruor: si ulla re, otio capior, & quiete rustica: animus meus uoluptate perfunditur, expletur, ex otio, rustico.

Diligente.

Loderei, che tu foßi nello scriuere piu diligente, piu diligentemente scriueßi, con maggior diligenza, maggior studio, maggior cura; che tu metteßi piu studio, e piu diligenza nello scriuere; che ne' tuoi scritti apparisse, si scoprisse, si uedesse maggior diligenza.

Velim te plus diligentiae, curae, operae, industriae, studij in scribendo ponere, locare, collocare, consumere: plus diligentiae ad scribendum conferri a te uelim: operam nauari studio maiore in scribendo cuperem: tuis in scriptis diligentiam desidero, requiro, maiorẽ postulo: non scribis accurate, nõ diligenter, non studiose, non ea, qua opus esset, quã res postulat diligentia, minus, quam oporteat, diligenter. impiger in scribendo non admodum es.

Egli era piu di tutti diligente: uinceua ogniuno di diligenza: era superiore a tutti di diligenza: pari a lui, uguale, simile era niuno di diligenza.

Erat in omni genere officij maxime omnium diligentißimus, omnis officij diligentißimus: uincebat, superabat, anteibat, antecedebat omnes, excellebat omnes, praestabat omnibus, antecellebat omibus diligentia par illi, aequalis, similis, cum illo comparandus, aequandus, conferendus, compo-

 nendus,

nendus, in diligentia nemo fuit.

Dimandare.

Se a me non credi, dimandane a tuo padre, ricercane tuo padre, informati, intendi, fa di saperne, da tuo padre.

Si mihi fidem non habes; fidem apud te si non habet oratio mea, roga patrem tuum, interroga patrem, quaere de patre tuo, sciscitare, cognosce: patris tui sententiam, uoluntatem, iudicium exquire.

Io ti domando questa gratia con molta instanza, come cosa oue si tratta di tutto l'esser mio, io ti chieggio, ti richieggo, te ne ricerco in gran maniera, con ogni affetto ti prego a farmi, a concedermi, a donarmi, a non negarmi questa gratia, a consolarmi con questa gratia, a riputarmi degno di questa gratia.

Singulari studio, quam possum studiosissime, ualde hoc ex animo a te contendo: hoc a te ita postulo, peto, contendo, ut fortunas in eo meas positas putem: uelim existimes, quod a te peto, id eiusmodi esse, ut meae fortunae omnes agantur, in eo consistãt locatae, repositae, constitutae, sitae sint: sic a te peto, quasi in eo mihi sint omnia, quasi rationes ex eo meae pendeant, ad unum illud referantur.

Dimenticare.

Tu uiueresti piu contento, se ti scordassi delle passate sciagure: se dimenticassi, se cancellassi dell'animo tuo, se leuassi dalla memoria i tuoi accidenti

denti paſſati: ſe tu diponesſi, laſciasſi, gittasſi uia la memoria de' tui infortuni.

Laetior tibi uita eſſet, iucundior, tranquillior, tranquillius ageres, ſi tuos caſus obliuiſceris, ex animo tuo, mente, memoria deleres, euelleres, ſi memoriam tuorum temporum omitteres, deponeres, abijceres, ex animo deleres, ſi tua priſtina mala, tuos caſus, tuorum temporum uarietatem obliuione uoluntaria contereres, apud te deleret obliuio.

Dimeſtichezza.

Ho gran dimeſtichezza, gran famigliarita con lui gia molti anni: conuerſo con lui, pratico, uſo, tengo conuerſione molto dimeſticamente, famigliarisſimamente: e tra noi dimeſtichezza, e famigliarita: ſiamo l'uno all'altro molto dimeſtichi, e famigliari.

Multos annos utor eo ualde familiariter: magna mihi cum illo familiaritas, uſus, familiaris conſuetudo intercedit: mihi eſt familiaritate coniũctiſſimus: nihil eſt noſtra familiaritate coniunctius: eo ſic utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius: quotidiana mihi cum eo conſuetudo eſt: ita mihi familiaris eſt, ut nihil eſſe posſit coniunctius: magno mihi familiaritatis uſu coniunctus eſt, obſtrictus eſt: amicitia noſtra ſummam ad familiaritatem peruenit.

Dimoſtrare.

Dimoſtrerotti l'animo mio, quando uerra l'occaſione, darotti a uedere, paleſero, manifeſtero, ſignificbero, dichiariro, apriro, ſcopriro, notificbero, rendero paleſe, manifeſto, chiaro l'animo mio.

Vbi

Vbi res feret, cum occasio postulabit, indicabo tibi animum meum, patefaciam, significabo, declarabo, aperiam, testificabor, re tibi probabo: extabit animus meus, patebit, constabit, perspicuus erit: significationem tibi dabo, signa ostendam; argumenta praebebo animi mei: animum tibi meum certa probabunt argumenta: ex apertis, minime obscuris, minime dubijs argumentis, signis, indicijs, testimonijs animum meum, meam uoluntatem, meos sensus cognosces, perspicies, intelliges, conijcies.

Nelle guerre mostrò di esser prode, e ualente huomo, si fece conoscere per ualent' huomo, diede chiari segni del suo ualore, fece uedere, e conoscere la sua fortezza.

In bellis ostendit se, probauit, praebuit, praestitit acrem ac fortem uirum: ita fortem, ac strenuam operam nauauit, ut magnam laudem tulerit: rem bellicam fortiter ac strenue tractauit, gessit, administrauit.

Dio.

Diò e somma bonta, somma giustitia, clementia, potesta: il rettore del cielo, fattore, e gouernatore dell' uniuerso, architetto del mondo: colui, che tutto puo, a cui solo ogni cosa e palese, che tempera col ciglio gli elementi, a cui solo le cose passate, e le future sono presenti.

Bonitas in Deo, iustitia, clementia, potestas tanta est, quanta potest esse maxima: singulari Deus bonitate est, incredibili iustitia, immensa clementia,

tia, infinita poteſtate: is, qui cuncta creauit, condidit, architectatus eſt, ex nihilo excitauit, formauit, finxit: is, qui omnia regit gubernat, moderatur, temperat: is qui rebus omnibus praeeſt, dominatur, imperat, a quo uno, cuius unius a uoluntate, nutu, imperio pendet omnia; cuius poteſtas omnia complectitur; cuius in poteſtate omnia ſunt: quem uerentur omnia; cui paret omnia, omnium rerum auctor, creator, conditor, opifex, artifex, affector.

Qualunque a Dio non ricorre ne' ſuoi penſieri, e ingannato ſpeſſe uolte dall'humana prudenza.

Qui ſuas ad cogitationes Deum non adhibet, ſuis in cogitationibus non confugit ad Deum, ſua conſilia ad Denm non refert, cuius animus cum Deo nunquam loquitur, ſaepe illum fallit humana prudentia, ſaepe is ab humana prudentia in fraudem, in errores inducitur, ſaepe labitur, aut offendit, aut errat ab humana prudentia ductus, ducem ſecutus humanam prudentiam, humanae prudentiae ductu, falſa quadam rerum humanarum ſpecie deceptus.

Dio ha compaſſione a gli afflitti, dona a tutti, ſoccorre a chi lo chiama.

Profugium habemus ad Deum in noſtris calamitatibus; tranquillitas eſt in noſtris tempeſtatibus; naufragium timentibus portus eſt: afflictos diuina pietas excitat; ampliſſima eſt diuina liberalitas: patet omnibus, latiſſime patet, ampliſſime patet ubiq. locorum eſt, nuſquam non eſt diuina benignitas:

nignitas: cui non benignè facit Deus? ecquis est, in quem Dei benignitas non extet, qui diuinam benignitatem non senserit, expertus sit, re ipsa cognouerit, perspicue uiderit, clarissime perspexerit? nemo diuinam opem frustra implorauit: praesto est, adest, opem fert, opitulatur, subuenit Deus inuocātibus eum, implorantibus eum, confugientibus ad eum.

Dir bene.

Auuenga che a' tuoi meriti non si conuenga; nondimeno ho detto ben di te, ho parlato di te honoratamente, con tua lode ho ragionato, ho parlato in guisa che lode te n'e seguito, ti ho lodato, honorato, essaltato, sublimato ne' miei ragionamenti.

Licet non optime de me sis meritus; bene tamen tibi dixi, honorifice de te sum locutus, mea fuit in te honorifica oratio, uerbum ex ore meo nullum exijt, nisi tua cum laude coniunctum; laudes in te contuli, licet immerentem, licet immerito tuo, laudaui te, extuli, ornaui, affeci laudibus, extuli, ornaui: praeclara quaedam in te contuli: dixi de te, quae tibi laudem parerent: is de te uerbis usus sum, quae ad te honestandum ualerent, uim haberent.

Dir male.

Ogniuno dice gran mal di te, sconciamente di te parla, stranamente ti uitupara, ua spargendo di te brutte cose, e dishoneste, ragiona con gran libertà contra l'honor tuo, ragiona di te in tal maniera, che

macchia & oſcura l'honor tuo.

Peſſime tibi omnes dicunt: turpiſsime, atque acerbiſsime de te loquuntur: turpia quaedam, atq. inhoneſta in te conferunt: ualde te exagitant, iactant, inſectantur, uituperant, accuſant, carpunt, uellicant; omnes tibi grauiſsime obtrectant de tua exiſtimatione multum detrahere conantur; liberrime inuehuntur in te, nefaria quaedam de te diſsipant, diſſeminant, iactant; maledictis te onerant grauiſsimis: maledicta in te conferunt, congerunt, coniiciunt ita de te loquuntur, ut honori tuo labem inferant, aſpergant maculas, tenebras offundant, ut honorem tuum turpi labe inficiant.

Dir molto.

Se l'eloquenza conſiſte nel dir molto, nel lungo ragionare, nelle molte parole, tu ſei il più eloquente huomo del mondo.

Si, cuius eſt prolixior, longior, uberior oratio, ſi, qui diutius loquitur, qui longiorem ſermonem habet, qui plura uerba facit, is eloquentiā poſſidet; ſi ei, qui uerboſior eſt, qui plura effundit uerba, cui laus eloquentiae debetur; ſi uerborum in copia ſita eſt eloquentia: tu omnium qui uiuunt, eloquentiſsimus es, omnes mortales eloquentia antei.

Dir uillania.

Non ſta bene a dir uillania ad alcuno.

Conuicium cuiquam facere non debemus: male cuiquam dicere nō decet: dicere conuicium cuiquā,

iacere

iacere conuicium, conferre conuicium in quemquã, conuicijs quemquam afficere, uexare, exagitare iactare, turpe est, laudis non est, laudi non est.

Disagio.

Cesare nella guerra di Spagna condusse le genti di Pompeio a grandissimi disagi, in bisogno grande di tutte le cose, a durissimo partito.

Caesar Hispaniensi bello Pompeij copias in summas angustias compulit, in maximas omnium rerum difficultates coniecit, eo redegit, ut omnium rerum penuria laborarent, inopia premerentur, conficerentur, pessime acciperentur, in maximis angustijs, difficultatibus uersarentur, plurimis incommodis afficerentur, plurima sustinerent incommoda.

Non potendo darti utile, non intendo di uoler darti disagio, sconcio, disconcio, incommodo.

Si tibi utilis esse non possum, incommodare tibi nolo, incommodo tibi esse, incommodo te afficere, incommodum tibi afferre, parere, praebere.

Disconcio.

Quanto a me, me ne contento, pur che tu lo faccia senza tuo disconcio, senza disagio, senza incommodo, con tuo acconcio, agio, commodo.

Quod ad me attinet, facile patior, modo sine tuo incommodo fiat; modo ita facias, ne tibi incommodes, ne incommodo tibi sis, incommodo tibi sit, contra tuum commodum sit, tuo commodo aduersetur; quod commodo tuo facere possis, commode facere

cere poßis, ſine moleſtia tua fiat.

Diſcordare.

Siamo diſcordanti di opinione, ma nell'amarci l'un l'altro molto conformi: diuerſe ſono le noſtre opinioni, ma gli animi ſi accordano, ſiamo differenti di opinione: non ci accordiamo nelle opinione.

Diſcrepant ſententiae noſtrae, cum tamen aeq. inter nos amemus, mutuus inter nos amor ſit: opinione diſſentimus, non uoluntate: noſtrae ſententiae non congruunt, cum animi tamen noſtri in amore conſentiant: non idem ſenſus eſt, non idem iudicium, eadem tamen uoluntas, eadem beneuolentia: opinionum eſt inter nos diſsimilitudo, non animorum: diuerſa ſentimus, eadem tamen uolumus: animorum conſenſus inter nos eſt, opinionum diſſenſio.

Diſcordia.

Per le diſcordie ciuili ſono ruinate molte republiche, per le ſeditioni, le conteſe, le ſette, le fattioni le parti.

Multas reſpublicas ciuiles diſcordiae perdiderunt, domeſticae ſeditiones, inteſtina bella, controuerſiae inter ciues, partium contentiones: e ciuilibus diſcordijs, contentionibus, controuerſiis, diſſenſionibus, ſeditionibus multarum rerum publicarum pernicies fluxit, manauit, orta eſt.

Diſcorteſe.

Non uidi mai huomo piu diſcorteſe di lui: non conobbi mai diſcorteſia maggiore in huomo del mon do,

do: niuno mai conobbi a cortesia piu nimico, da cortesia piu lontano, a cortesia piu contrario.

Neminem, qui tam lōge ab humanitate abesset, tam esset alienus ab humanitate, tam expers humanitatis, in quo minus esset humanitatis, unquam uidi: omnem prorsus humanitatem, liberalitatemq. naturae sic ignorat, ut nemo magis. minime omniū de humanitate laborat: officium negligit: ita nihil agit liberaliter, ut illiberalitatem esse uirtutem existimare uideatur.

Disegnare.

Ho nella mente un gran disegno: penso a cosa di molta importanza: mira l'animo mio a molto alta, e molto honorata impresa.

Magnum quiddam specto; magni momenti; magni ponderis rem in animo uoluo, praeclara quaedam, admodumq. sublimia suspicit, & cogitat animus meus.

Disegno.

Questo e stato il mio disegno, mio fermo pensiero, mia deliberatione, intentione, intendimento, proponimento: questo ho io nell'animo proposto, disposto, deliberato, ordinato, determinato, conchiuso, fermamente pensato.

Consilium meum hoc fuit: hoc spectaui: hoc uolui: hoc secutus sum: id egi: huc retuli mea consilia, meas cogitationes: huc animum intendi, mentem direxi, consilia contuli, huc spectauit animus: meus hic animo meo, meisq. consiliis scopus fuit.

Disgratia.

Diſgratia.

Egli è uenuto in diſgratia grandiſsima appreſſo tutti: e caduto, e incorſo nella diſgratia: e diuenuto odioſo: e incorſo nell'odio: ha operato di maniera, che ſi ha acquiſtata la diſgratia di tutti.

In ſummam omnium inuidiam incidit, adductus eſt: inuidioſus apud omnes factus eſt: ſic egit, ità ſe geßit, ut odio illum omnes habeant; ut in illum nemo ſit optime animatus, nemo illi faueat, nemo de illo bene exiſtimet: nulla fruitur hominum beneuolentia: praemitur odio multorum: inuidiae eſt, odio eſt: in inuidia eſt, in odio eſt.

Io ho una diſgratia particolare: non ha paragone, ſenza eſſempio, eſtraordinaria, maggior di ogni altra è la mia ſciagura.

Praecipua, propria, minime communis mea fortuna eſt: ſingulari ſum fato: longe alia condicione ego ſum ac ceteri: ea eſt mea condicio, mea fortuna, ut conferri mecum nemo poßit, ut exemplum ſimile plane nullum extet.

Dishonore.

Ti ſara dishonore il conſumare la tua robba in coſe uane, lo ſpendere le tue faculta uanamente.

Si tuam rem male dißipaueris, perdideris, conſumpſeris, in res inanes erogaueris, conieceris, dedecori tibi erit, infamiae, ignominiae, turpe tibi erit, infamia conſequetur.

Diſperare.

Non uoglio però diſperarmi affatto, quantunque la

fortuna mi habbi tolto cio che di buono haueua: non intendo di uoler abbandonar me stesso, gittar uia ogni speranza, pormi in disperatione, lasciarmi cader nella disperatione, entrar in disperatione.

Etsi fortuna mihi carißima quaeque abstulit, eripuit, ademit, etsi me orbauit ijs rebus omnibus, quae homini carißimae sunt in uita, non faciam tamen, non committã, ut ipse me plane deseram, atq. destituam, ut omnem plane spem abijciam, ut ab omni spe animum abducam, ut de meliore statu desperem, ut ad desperationem adducar, redigar: fortuna me prorsus omni spe salutis orbauit; nec tamen nihil spero: exclusa spes omnis uidetur esse meliorũ; rerũ aliqua tamen spe nitor, sustẽtor, fulcior.

Dispiacere.

Gran dispiacere mi ha dato la lettera, oue scriui la morte di tuo padre: gran dolore mi ha reccato, apportato: di gran dolore mi è stato cagione: mi ha posto in grande afflittione: mi ha generato nell'animo una gran malinconia.

Magnum mihi dolorem, grauem solicitudinem, acerbitatis multum attulit, peperit epistola tua de interitu parentis tui: magno me dolore affecerunt litterae tuae: ualde me perturbarunt, afflixerunt, commouerunt: acerbe sum affectus litteris tuis, molestiae plurimum, doloris, solicitudinis, acerbitatis cepi, accepi, suscepi, tuli, contraxi, hausi: legi magno cum dolore, molestißime litteras tuas.

Sento

Sento, qualche diſpiacere.

Aliquid me mordet, pungit, afficit: eſt quiddam quod moleſtius feram, ſubmoleſte feram, id quo non nihil offendar.

Diſporſi.

Io non potro mai diſpormi a parlargli: non potrò ottenere da me ſteſſo, indurmi a far queſta uiolenza all'animo mio.

Vt illius uultum ſubeam, impetrare mihi non potero, impetrare a me non potero, adduci numquam potero, ipſe mihi perſuadere, animum inducere: animo uim inferre non potero.

Diſpoſitione di animo.

Ti amo per li tuoi meriti, e per naturale diſpoſitione dell'animo mio.

Fit beneficijs tuis, & inductione quadam animi mei, te ut diligam.

Diſtruggere.

Le diſcordie ciuili molte città delle piu honorate hanno diſtrutte, ruinate, a ruina condotte, mandate a male, gittate a terra.

Ciuiles diſcordiae, domeſticae ſeditiones, ciuium diſſenſiones multas urbes, opibus admodum florentes, euerterunt, ſolo aequarunt diruerunt, exciderunt, afflixerunt, perdiderunt, ſuſtulerunt; multis urbibus perniciem, exitium peſtem, excidium, ruinam, interitum attulerunt, exitio fuerunt.

Diuoto.

Chi e diuoto, e riuerente uerso Iddio, in ogni cosa è felice: chi diuotamente, e religiosamente uiue, chi gouerna la sua uita con religione: chi serue a Dio, riuerisce Iddio.

Qui pius est, religiosus, pius in Deum, qui honorem Deo praestat, Deum animo spectat, Deo seruit, qui pietatem, & religionem colit, qui suum animum, suas cogitationes, sua consilia ad Deum refert, qui pie, religioseq. uiuit, qui cum pietate uitã ducit, qui omnibus in rebus ducem Deum sequitur, duce Deo utitur, ad Deum spectat, cuius est uita cum pietate coniuncta, qui nihil non pie, nihil non cogitat cum religione coniunctum; ei optata omnia contingunt, feliciter omnia succedunt, nihil nõ prospere succedit.

Tu non stai diuotamente in chiesa: serui poca diuotione: attendi a Dio con poca diuotione: dimostri uerso Iddio poca riuerenza, poco rispetto.

Non satis diligenter, parum pie, minus religiose, quam conueniat, sacris operam das, in templo uersaris, Deum colis, satis pie non agis in templo, pietas in te desideratur, requiritur: non eam pietatem, non eam religionem, quae Deo debetur, praestas in templo.

Dolore.

Sento patisco, sostengo, prouo un'estremo dolore, doglia infinita, acerba passione, graue cordoglio, amaro tormento, crudel pena, intolerabile affanno, durissimo

riſsimo trauaglio, troppo fiera angoſcia: il dolore mi traffigge, mi ancide, grauemente preme, fieramente cruccia, ſenza fine trauaglia, percuote, dibatte, ogni parte dell'animo rende inquieta, mi tormenta l'animo, di ripoſo mi ſpoglia, a me ſteſſo mi toglie, da me ſteſſo mi diuide, mi fa crudel uiolenza mortalmente mi combatte: e troppo graue il dolore, intolerabile, duro, acerbo, amaro, fiero, crudele, tale che ſoſtenere non ſi puo.

Dolorem ſuſtineo, patior, fero grauem, acerbum, eiuſmodi, qui ferri uix poſsit: dolorem incredibilem capio, ſuſcipio, haurio, traho: dolore angor, conficior, excrucior, torqueor, affligor, uexor, perturbor, frangor: omnes mentis meae partes dolor exagitat, diuexat, perturbat, afficit: uerſor in acerbiſsima ſolicitudine: dolore diſcrucior, diuellor, diſrumpor, perimor, interimor, exanimor, contabeſco, opprimor, perdor, concidit animus meus ictu doloris, ui curarum, ac ſolicitudinis, concurſu moleſtiarum labefactus, atque conuulſus: ita cecidit animus meus dolore perculſus, ut nulla res eum ad aequitatem poſsit extolere: iaceo in maerore, ac ſordibus: curis maceror: aegritudine animi contabeſco: aegritudine animi ita laboro, ut ſanari uix poſsim, uel potius plane non poſsim, ut ſpem ſalutis amiſerim, ſalutem deſperem, de ſalute deſperem, ſpes ſalutis nulla omnino ſuperſit: uerſor in ſummo dolore, acerba ſolicitudine, graui cura, moleſtia, aegritudine, angore, maerore.

Io mi dolgo, quanto ogni altro, della ruina della patria: sento dispiacere al pari di ogni altro, non meno di ogni altro.

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peste patriae molestiam traxerit; tam doleo patriae interitu, quam qui maxime: sic doleo, ut nemo magis, ut nemini concedam.

Dolgomi del tuo dolore: affligomi della tua afflittione: e commune tra noi questa passione; parimente sostengo la tua pena.

Doleo dolorem tuum: doleo tuo maerore socius aegritudinis tuae sum: particeps sum maeroris tui, de tuo dolore communico; communis, par, simillimus, idem utriusq. dolor est: pariter ac tu, aeque ac tu, similiter ac tu, non aliter, ac tu, non secus ac tu, itidem ut tu, nihilo leuius quam tu, doleo, dolorem suscipio, capio, traho, haurio.

Donare.

Non e tuo costume di donar ad alcuno: non hai per usanza, nõ sei solito, non sei auuezzo, non usi, non co stumi far presenti ad alcuno, usar liberalita uerso alcuno, essercitar la liberalità con alcuno?

Donare cuiquam, dona dare, largiri, munus offerre cuiquam, donis quemquam afficere, donare quemquam munere, dona in quemquam conferre, munera conferre, liberalis in quemquam esse, liberalitate uti, liberalitatem exercere non soles, non consueuisti?

Tu doni assai poco, perche poco hai da poter donare:

poco

poco sei liberale, perche poco ricco: la tua liberalità e ristretta per mancamento di robba.

Parcus es in conferendis muneribus, quia copiae tibi non suppetunt: angusta est tua liberalitas pro tenuitate copiarum: ideo benignus & liberalis ualde non es, quia non ualde abundas, non ualde copiosus es: qui potest esse prolixa, atq. ampla tua liberalitas, cum angusta sit res tua familiaris? largiris tenuiter, infra modum potius quam supra modum, quia non satis a copijs paratus es: ideo large non das, quia, quod des, non habes.

Dotto.

Egli è dotto assai in medicina; è bene intendente; ha buona intelligenza: intende bene la medicina: sa molto di cose di medicina: è passato molto inanti nella scienza di medicina: conosce eccellentemente l'arte del medicare; e assai instrutto di cose di medicina: ha molta dottrina, intelligenza, cognitione, notitia, scienza di medicina.

Bene doctus est, eruditus, instructus medica sciētia, medendi arte, medicis litteris, sciēs in primis est, peritus, intelligēs, gnarus medicinae: lōge processit in medicinae scientia, nouit penitus medicinā tenet, possidet, callet, medicinae sciētiā ita est assecutus, ut pauci, medicinae sciētia ualet, floret, praestat, excellit, medicinae doctrina, sciētia, peritia, cognitione, intelligentia, eruditione cum paucis conferendus est, inferior nemini: nota ei praeclare medicina est, patent ei, quae multos latent, ex medi-

ca scientia, ex medendi arte: multum hausit ex ijs libris, unde manat medicinae cognitio: medicinae scientiam plane complexus est, mente atque animo comprehendit, ingenio sibi aperuit, comparauit, peperit.

Egli era dotto leggiermente: poche lettere sapeua; non era penetrato molto inanti nelle lettere, haueua lettere da dozzina, da buon mercato, di poco prezzo, communi, poco rare, del uolgo, non delle secrete, non eccellenti, non esquisite, non era passato oltre a' principij delle lettere, non era entrato molto a dentro, non haueua beuuto de' fonti segreti, non era compiutamente, interamente, eccellentemente, da douero letterato.

Litteras plane non nouerat, parum in uia litterarum processerat, litteras uix attigerat, gustauerat, litteras a limine salutauerat, ex abditis litterarum fontibus aut nihil, aut parum hauserat, litteris erat mediocriter, leuiter, uulgariter, non admodum, haud satis, haud multum eruditus, institutus, instructus, plane, perfecte, absolute, exquisita quadam ratione, excellenter, egregie, praeclare litteratus non erat, longe aberat a perfecta litterarum scientia, reconditae, interiores, exquisitae, singulares, egregiae in illo litterae non erant, uulgares in illo litterae non erant.

Egli è molto dotto.

Multae sunt in eo litterae, & eae quidem reconditae, & exquisitae.

Dubio.

E dubio, e coſa dubioſa, e da dubitare, non e ben chiaro, non paleſe, non manifeſto, che fine ſia per hauere la guerra.

Dubium eſt, dubitandum eſt, dubitari poteſt, in dubio eſt, eſt cur dubitetur, dubitationem res habet, ambiguum eſt, in dubio uerſatur, in dubio poſitum eſt, in ambiguo, in ancipiti, plane non conſtat, non patet, non liquet, apertum non eſt perſpicuum, dilucidum, dilucide non patet, qui ſit belli exitus futurus: de belli euentu poteſt ambigi, certo diuinare, conijcere, augurari, affirmare non licet, exploratum non eſt, certa coniectura non eſt: in dubium uocari poteſt euentus belli, in dubium uenire, in dubitationem adduci poteſt in utramq. partem iudicari de belli euentu: anceps de belli exitu, ambigua, dubia, incerta, difficilis admodum, obſcura, quae obſcuritatis, & erroris habet multum, non ſimplex, non aperta, non perſpicua, parum certa diuinatio, coniectura, opinio eſt coniecturam facere de belli exitu cui licet? quid in bello caſurum ſit, utrã in partem inclinatura uictoria, nemo deſpicit, uidet, intelligit, nouit: exitum belli certa ratio non oſtendit, non promittit.

Trouomi in gran dubio, a dubioſo partito: pendo in queſta parte, & in quella, da due penſieri e tirato l'animo mio: non mi ſo riſoluere: non ſo pigliar partito, determinare, deliberare, appigliarmi al meglio.

Anceps

Anceps ualde sum: in ancipiti cura uersor: nõ dispicio, nõ diiudico, utram in partem me dem, utrũ sit rectius, conducibilius, eligendum: consilium non explico: exitum non reperio: animi pendeo: dubius sum, incertus sum: exploratum, apertum, certum non habeo: dubitatio me tenet: difficilis mihi dubitatio est: teneor implicatus: uarie distrahor: in utrã que partem animus inclinat: dubia cogitatione, an cipiti cura distrahor, iactor, uersor: pendet animus, fluctuat, labat in consilio, nutat, non consistit, nihil habet explorati: haereo: nihil explico; nihil expedio: quid consilij capiam, ignoro: explicata, explorata capiendi consilij ratio mihi non est.

E

EFFETTO.

Si tratto lungamente, ma l'effetto non segui: la cosa non si forni, non si condusse ad effetto, effetto non hebbe, non fu mandata ad effetto, non uenne a fine; non si diede effetto alla cosa, non si opero.

Diu deliberatum, actum, consultatum est; perfecta tamen, confectae, absoluta, profligata, ad finem perducta res non est: exitum res non habuit, ad exitum non uenit, perducta non est: deliberationem consecuta res non est.

Effetto contrario.

Conforme effetto al desiderio mio non e seguito: il mio desiderio non ha hauuto effetto, non e riuscito a fine: quel, ch'io desideraua, non e successo: c auuenuto contra il desiderio mio, differente dal deside-

rio

rio, diſsimile al deſiderio l'auuenimento è ſtato.

Non cecedit, ut optabam: praeter meam uoluntatem, contra uoluntatem, contra quam uolebam, ſecus ac uolebam, euenit: exitum res habuit alienũ a uoluntate, minime cum uoluntate congruentem, aduerſum uoluntati: exitos rei, euentus rei uoluntati non reſpondit: optatum exitum conſecuta res non eſt, ad exitum non peruenit: res pro uoluntate nõ ſucceſsit: cupiditatem fortuna fruſtrata eſt, feſellit, deluſit, irritam fecit: ſumma cupiditas, res plane nulla fuit: ſperandum euentum ſortita res non eſt: nacta non eſt, adepta non eſt.

Effetto uicino.

Penſo che a queſt'hora o ſia ſeguito qualche effetto, o ſia toſto per ſeguire, non ſia lontano, ſia uicino, ſi approſsimi, ſi auuicini: ſtimo che la coſa non ſia dall'effetto lontana.

Puto rem aut iam eſſe aliquam, aut appropinquare; aut confectum iam aliquid, aut inibi eſſe arbitror: ut opinio mea fert, res non abeſt longius, non longe abſumus a re, longinqua res non eſt.

Elettione.

Io ti amo e per obligo, e per elettione, indotto non tanto da' benefici tuoi, quanto dal giudicio mio: oltra l'obligo ch'io ti ho, l'opinione mia delle tue qualità ad amarti mi coſtringe: ſeguo nell'amarti il giudicio mio, oltre che i tuoi benefici mi muouono: naſce l'amor mio da giudicio parimente, e da obligo.

Diligo te beneficio quidem tuo prouocatus, ſed

iudicio

iudicio etiam incitatus meo: meus in te amor ex iudicio fluxit: meum de te iudicium consecutus amor est: mea de tuis uirtutibus opinio beneuolentiam peperit: contuli me ad te amandum, quia te dignum amore iudico, quoniam amabilis es, is es, qui amandus uideare.

Buona elettione hai fatta, sauiamente hai giudicato, hai consigliato te stesso, ti sei appigliato a sauio consiglio, utile partito hai preso, lodeuole deliberatione hai fatto hai eletto il meglio, mettendoti allo studio delle scienze.

Optimam partem elegisti, sapienter uitam instituisti, rectũ cursum cepisti, optimo iudicio usus es, sapienter iudicasti, cum te ad ingenuarum artium studia contulisti.

Ho eletto di patire piutosto ogni cosa, che di lasciare l'impresa.

Statui, decreui, hoc mihi proposui, hoc deliberaui, consilium hoc cepi, quiduis potius perpeti, quam susceptam rem abijcere, ab incepto desistere, institutum omittere.

Errare.

Se ti gouernerai per consiglio tuo, non commetterai errore, non commetterai difetto, bene te ne seguira, te ne auuerra quel che desideri: se sauiamente ti consiglierai, non caderai tu errore, seguira al tuo consiglio buon'effetto.

Tuo consilio si uteris, te ipsum si audies, ipse tibi si obtemperaueris, morem gesseris, obsecutus fueris

fueris; nihil errabis, nihil contra rem tuam, nihil a tuis rationibus alienum commites, non laberis; non offendes; non cecideris, nullam offenſionẽ, nullum caſum, aut errorem timebis; ſapienter ſtatues; recte iudicabis; optimam rationem inibis.

Io ſperaua una coſa, e n'e auuenuta un'altra: io mi ſono ingannato di opinione.

Spes me fefellit: opinione ſum deceptus: falſa me ſpes aluit: falſa lactauit opinio.

Eſprimere.

Non poſſo con parole dimoſtrare, pienamente eſporre, eſprimere a baſtanza, interamente narrare quello che ho nella mente.

Mentis cogitata, conſilia, animi ſenſa, ſenſus intimos, non eſt ut poßim enunciare, proloqui, uerbis, oratione, ſermone depromere, explicare, explanare, exprimere, efferre, enunciare, patefacere, oſtẽdere: exprimendi animi ſenſus impar oratio eſt, non ſufficit, uerba deſunt, apta uerba requiruntur: mentem oratio non aſſequitur, non aequat, exprimere ſatis non poteſt.

Eſentione.

Ottenne l'eſſentione d'ogni grauezza per merito della ſua uirtu.

Virtute ſua conſecutus eſt, nihil ut publice penderet, fructum ut nullum publice penderet, ut uectigalis non eſſet, ut eßet immunis, ut ex eorum numero, qui publice aliquid pendunt, eximeretur,

nihil

nihil ut publice solueret, ut esset expers eorum onerum, quae publice imponuntur, ut nullam pecuniã cõmune conferret, ut publicis oneribus uacaret, tributarius ut nõ eßet, tributum, ut nullum conferret.

Essequie.

Io gli feci fare assai honorate eßequie: posi studio, perche foße honoratamente sepellito.

Funus ei satis amplum faciendum curaui: dedi operam, ut funere satis amplo, satis magnifico, satis, honorifico efferretur, ut exequijs honestaretur: exequijs eum honorificis prosecutus sum: honorifice sepultus est, sepultura honestatus est, funeris, exequiarum, sepulturae honore non caruit, habuit in funere, quae illum decorarent, illi honorem adderent, decori eßent, honori eßent.

Essercito.

Era uaroloso l'essercito di Cesare, ma non grande, poco numero di soldati Cesare haueua, ma la fortezza loro era grande.

Genere potius, quam numero, firmũ exercitũ habebat Caesar; frequentes admodum Caesaris copiae non erant, sed fortudine praestabant; erat in castris Caesaris uirtus, multitudo non erat: non militum copia, frequentia, numero, sed eorum uirtute, robore, fortitudine, animi praestantia, corporis uiribus ualebat Caesar: numero exiguus erat Caesaris exercitus, firmitate amplissimus.

Tutta la caualleria fu tagliata a pezzi.

Omnes equitum turmae occidione occisae, caesae,

sae, cõcisae, trucidatae, obtrũcatae, profligatae sũt.

Essortare.

Con uoler eßortarmi, confortarmi, consigliarmi a quest'effetto, non mi dar questo consiglio: non adoperar argomenti, o ragioni per indurmi a questo.

Noli me hortari, cohortari, ut hoc faciam ne mihi sis auctor huius consilij: ne me rationibus ad hoc impellas; ne cohortatione utaris; ne cohortationem suscipias; suadere noli. Vedi la parola Confortare.

Eta.

Egli e di eta di dodici anni.

Annos duodecim natus est; duodecimum aetatis annum agit: eatas ei est duodecim annorum; duodecimum aetatis annum non excesßit, non egressus est, non expleuit.

Tu sei in eta robusta.

Flores aetate: integra, firma, ualida aetate es, aetate uiges, uales, ualidus es, firmus es.

Nell'eta, ne' tempi de' nostri maggiori era grande infamia il dir bugia.

Maiorum nostrorum aetate, tempestate, temporibus, quo saeculo maiores nostri uixerunt, mendacium probro maximo fuit, mendacium dicere turpisßimum fuit, ueritas ita colebatur, ut falsi homines pesßime audirent.

F.

FACCIA.

Quanto ho potuto comprendere dalla faccia, dal uolto,

uolto, dal uiso, dalla fronte, da gli occhi, da que' segni, che nella faccia l'animo dimostrano, non ha buon' animo uerso di me, e di un mal talento, ha trista mente uerso di me.

Quod ex facie, ex uultu, ex oculis, & fronte potuerim colligere, coniicere, intelligere, suspicari; ut potui de uultu, qui est index & imago animi, coniecturam facere, ex ea significatione, quam mihi uultus dedit, ut mihi uultus significat, ostendit: ut signa quaedam, quae animum in uultu coarguunt, patefaciunt, exprimunt, mihi demonstrant, male animatus in me est pessime de me sentit, inimice cogitat aduersus me, animo est mihi inimicissimo, admodum infenso.

E bella di faccia.

Facie liberalis est, facie liberali: facies ei liberalis est, pulchra, formosa, quae ad modum alliciat, quae amorem conciliet.

Facende.

Non uoglio interrompere le tue facende, le tue occupationi, porgerti molestia tra tante cure, tanti affari, tanti negoci, tante brighe.

Nolo tuas occupationes interpellare, tibi tam occupato molestus esse, molestiam exhibere, obstrepere: nolo tuorum negotiorum cursum impedire, tuis rebus impedimento esse, auocare te a tuis negotijs, curis, occupationibus.

Fa le mie facende: negotia per me: ha in mano li miei affarri: è mio fattore, mio agente.

Meas

Meas rationes tractat, mea negotia gerit, meas res curat, adminiſtrat: meus procurator eſt: mea negotia procurat: is eſt, cui res meas conmiſi, credidi: commendaui, tradidi, mandaui: ſuſtinet rerum mearum curam.

Faceto.

Egli e tanto faceto, che fa ridere ad ogni parola: e nelle burle eccellente: ſa burlare di modo, che diletta a marauiglia.

Dicta dicit eiuſmodi, ijs utitur dictis, ita facetijs ualet, ita belle, ſcite, uenuſte, argute, ingenioſe, feſtiue, lepide iocatur, ut ſingulis uerbis riſum excitet, commoueat, faciat, ut audientes mira uoluptate perfundat: eius dictis, facetijs, iocationibus mire capiuntur omnes.

Facilmente.

Facilmente, ſenza fatica, ſenza molta pena, ageuolmente reſiſte il ſauio alla fortuna: non e gran difficulta ad un'huomo ſauio, non e di gran briga, di molto affanno, il ſoſtenere l'impeto della fortuna: poca fatica dura il ſauio: aßai leggier carico e ad un ſauio, lo ſchermire contro alla fortuna, il difenderſi, dalle ingiurie della fortuna.

Facile, non difficulter, non laborioſe, paruo negotio, ſatis leuiter, qui ſapientia ualet, fortunae reſiſtit: ſapienti facile eſt, non difficile, non laborioſum, operoſum non eſt, negotij nihil eſt, difficultatis non eſt, laboris non eſt, difficilis operae nõ eſt, impetũ fortunae ſuſtinere, tueri ſe ab iniurijs fortunae.

Facolta.

Tuo padre con essercitio honorato acquisto le faculta, le ricchezze, la robba; le sostanze, i beni che hai; e tu bruttamente, per uie dishonorate, con infamia tua il patrimonio consumi, distruggi, mandi a male.

Pater tuus opes, diuitias, rem, ea quae tu possides, quae tibi reliquit, bonis artibus, honestis rationis, laudabiliter, honeste bona quaesiuit, collegit; at tu malis artibus, improbis rationibus, inhoneste, turpiter per nequitiam, per luxum, ac libidinem patrimonium exhauris, dissipas, consumis, perdis, male perdis, disperdis.

Falso.

E falso cio che dici, non è uero, e contrario al uero, lontano dal uero, bugia, menzogna.

Quidquid dicis, falsum est, minime uerum, alienum, seiunctum a ueritate, abest a uero, aduersatur ueritati, mendacium est: falsa est omnis oratio tua: quidquid loqueris, falso loqueris.

Fama.

Deue ogniuno desiderare di acquistarsi buona fama, buon nome, buona opinione appresso gli huomini, di rendersi famoso al mondo, di mettersi in credito, e riputatione, di far si, che si dica ben di lui, che di lui honoratamente si ragioni, che il suo nome uada attorno, e sia da molte lingue diuolgato, & honorato:

Id est unicuique optandum, ut bene audiat, bene

ne ut ei dicatur, honestam famam, egregium nomẽ, bonam apud homines opinionem consequatur; ut eius nomen fama diuulget, peruulget, circumferat, circũgestat, per orbem terrarum dissipet, ad ultimas terrarũ partes, ad ultimas terras peruehat: ut eius nomen fama celebretur, omnium sermonibus extollatur; sit in ore omnium, ut nominis fama ad extremas terras peruadat, perueniat.

Se farai come infin hora hai fatto, se manterrai il tuo costume, lodeuole fama ne acquisterai.

Si tuam consuetudinem tueberis, si, ut instituisti, perges, optima consequetur fama, hominum existimatio; praemium feres famam.

Niuno e piu famoso di te, per conto di ualore, e di grãdezza di animo: niuno e reputato, tenuto, stimato piu di te ualoroso, o di maggior grandezza di animo dotato.

Tua uirtute, & magnitudine animi nihil est nobilius: singularis in te laus ob tuam uirtutem, atq. animi praestantiam confertur. maiorem aut uirtutis, aut praestantis animi opinionem apud homines, plus famae consecutus est nemo.

Eterna sara la tua fama, se fornirai gl'incominciati componimenti: sara perpetua, immortale, durera sempre, uiuera sempre: non manchera mai, non inuecchiera, non morira: sarai sempre nominato: eternamente di te si parlera, tutti i posteri ti loderanno.

Si tua scripta ad exitum perduces, perficies, conficies, absolues, si tuis scriptis finem impones,

extremam manum impónes; perpetua erit aeterna, immortalis tua fama, numquam deficiet, consenescet, peribit, obscurabitur, extinguetur, delebitur, nulla dies tuam famam terminabit; nullum temporis spatium circumscribet, nulla uetustas corrũpet: uigebit in omnes annos tua fama: omnis te posteritas cognoscet, tuas laudes excipiet, ac tuebitur. nomen tuum immortalitati commendabis, immortalitate donabis, immortalitatis praemia consequeris, non simul cum corpore tuum nomen mors extinguet delebit, auferet: tuum nomen ab interitu uindicabis, in hominum momoria retinebis, aeterna laude illustrabis, decorabis, afficies, ornabis. de te posteritas omnis & audiet, & loquetur.

Famiglia.

A qualunque nasce di honorata femiglia, di nobil casa, di chiara stirpe, fa bisogno piu, che a gli altri, di attendere a gli honorati studi, e spender l'honore nelle lodeuoli arti: l'esser nato nobilmente, di sangue illustre, apporta maggior obligo di uiuere uirtuosamente.

Quicunque honesto, claro, non obscuro, summo loco, claris parentibus natus est, ex nobili familia, clara stirpe, ei maior, quam ceteris, colendi praeclara studia, exercendarumq. laudandarum artiũ necessitas imponitur: habet hoc nobilitas, & familiae splendor, ut uitae laudabiliter & cum uirtute traducendae non modo occasionem, uerum etiam caussam, neque caussam tantum, sed etiam

necessitatem

mendata, oportet eum ad liberalium doctrinarum ſtudia, ad ſtudium ſummae laudis, ad omnem laudem, ad decus eo ſtudioſius incumbere, ad excellentem omniũ rerum cupiditatem eo uehementius excitari: ſi quis ex egregio, nobili, praeclara, illuſtri domo natus eſt, maiore, quam quiuis alius, urgetur uirtutis expetendae neceſsitate.

Familiare.

Egli è molto mio domeſtico, e famigliare: ho con lui molta dimeſtichezza, e famigherita: ſiamo congiũti di ſtretta famigliarita, dimeſtichi, e famigliari l'uno a l'altro quanto ſi puo: pratthichiamo inſieme, conuerſiamo, uſiamo aßai dimeſticamente, e famigliarmente.

Summus mihi cum eo intercedit uſus, ſumma familiaritas: arctißima neceßitate coniuncti ſumus: uinculis arctisſimae familiaritatis adſtricti ſumus: utor eo, isq. me uicißim, ualde familiariter: nihil eſt noſtra familiaritate coniunctius: alter alteri familiare admodum ſumus: mutua eſt inter nos, eaq. ſumma familiaritas.

Fanciullezza.

Molte coſe leggiermente, e ſcioccamente ſi fanno da fanciullo, nella tenera eta, ne' primi anni, nel principio dell'età.

Multa leuiter, inani quodam ſtudio, temere in pueritia committuntur, in prima aetate, primis annis, teneris annis, primis tẽporiſius aetatis, a puero

ab ineunte aetate, ineunte pueritia, primo aetati initio.

Fanciullo.

Non uidi mai non conobbi, non trouai, non si puo uedere, conoscere, trouare il piu galente, piu gentile, piu amabile fanciullo di lui: non e gentilezza in alcun fanciullo pari alla sua.

Nihil est eo puero festiuius, nihil lepidius lepores habet, qui amorem concilient: lepore, festiuitate, elegantia morum conferendus cum illo puero nemo est.

Far beneficio.

Niuno beneficio mi hai fatto, che sia d'importanza.

Non ualde de me meritus es; non magna in me beneficia contulisti: grauia non sunt, exigui momenti, parui ponderis ea, quae mea caussa fecisti: beneficium uel a te nullum accepi, uel accepi minimũ: exigua sunt, quae apud me beneficia collocasti, posuisti: non magnis a te sum affectus beneficijs: beneficia tibi debeo non ita magna: obligasti, me obstrinxisti mediocribus officijs.

Far piacere.

Desidero di far piacere, far seruigio, far cosa grata nõ solamente a te, ma ancora a' tuoi amici: l'operare alcuna cosa in tuo seruigio per tuo amore, per tua cagione, molto caro mi e.

Cupio, uolo non solum tua, uerum etiam tuorum amicorum caußa: studeo aliquid agere, quod tibi amicisq. tuis gratum sit, gratum ac iucundum accidat,

dat, placeat, satisfaciat: inire gratia & apud te, & apud amicos tuos ex aliqua re uelim: opto gratificari, rem gratam facere, aliquid efficere, aliquid praestare tua, tuorumq. amicorum caussa, ex quo tu & amici tui uoluptatem, iucunditatem, laetitiam capiant, sumant, hauriant, colligant.

Fastidio.

Ho gran fastidio per conto della tua malatia: patisco graue noia: sento gran dispiacere: mi e la tua malatia di gran fastidio, dispiacere, molestia, noia, cordoglio, passione, affanno afflittione, tribulatione, amaritudine: la tua malatia mi porge, reca, apporta gran fastidio: dalla tua malatia riceuo, piglio, traggo gran fastidio.

Tuus me morbus ualde solicitat, solicitũ habet, graui afficit solicitudine, grauiter angit, afficit, affligit, acerbe uexat: molestissimus mihi tuus morbus est, ualde grauis, uehemẽter acerbus, amarus in primis, summae molestiae, solicitudinis, acerbitatis, curae doloris, angoris: summam ex tuo morbo molestiam capio; suscipio, traho, haurio, sumo: tuus me morbus in magnam solicitudinem adducit, grauiter commouet, maxime perturbat.

Hora, la Iddio merce, io mi trouo senza fastidio; libero da fastidio, senza alcun molesto pensiero, in stato di animo tranquillo, lontano da trauaglio.

Quod Deo sit gratia, uacuus molestijs nunc quidem sum, sine molestia, cura, solicitudine, procul absum a molestijs, extra molestiam sum,

tranquille satis ago: Dei benignitate factum est, contigit, ut nunc quidem omni molestia uacem, nullis angar curis, nulla uexer solicitudine, nulla meum animum paullo molestior, grauior, acerbior exagitet, uexet, perturbet, commoueat, afficiat cogitatio: fruitur animus meus tranquillitate: bene est, tranquille est, commode est, quies est, pax est, tranquillitas est animo meo; animo sum ab omni molestia solo, uacuo, libero, longe seiuncto, Dei me benignitas omni molestia exemit, liberauit, ab omni molestia uindicauit, eripuit, disiunxit.

Fatica.

Se tu entri in questa impresa, se pigli questa cura, harerai da far assai, durerai molta fatica, sosterrai graue peso, fie bisogno che molto ti affatichi, dura e faticosa impresa la prouerai.

Si hoc suscipis, sumis, aggrederis, negotij multum habebis, feres laboris plurimum, rem difficilem, grauem, laboriosam, operosam, molestam in primis ac duram senties, experieris, cognosces, ualde tibi erit elaborandum, magnus in te labor, graue onus incumbet, oneris multum, laboris, molestiae sustinebis.

Io son uscito di grandissima fatica.

Perfunctus sum labore grauissimo, leuatus sum liberatus, exsolutus, exemptus, labori finis impositus est, factus est, labor ad finem peruenit, terminatus necessitatem afferat: quem familiae nobilitas commandata

eſt iam: me non urget, non premit, non uexat labor: labori grauiſsimo quies aliquando ſucceßit.

Fatticare.

Molto ti affatichi ne gli ſtudi: troppo faticoſamente attendi a gli ſtudi: gran fatica ſoſtieni, troppo ti affligi ne gli ſtudi.

Nimis eloboras, inuigilas, ſudas, exerces te nimis immoderate, ſupra modum, intemperanter in ſtudijs: nimium laborioſe ſtudia tractas, colis, exerces: ſuſtines laboris plus, quam ſatis eſt, in ſtudijs exercendis: ſic elaboras in ſtudijs, ut uires tuas imminuas, conſumas, exhaurias, debilites, infirmes, affligas.

Fatti.

I tuoi honorati fatti, le opere tue, gli effetti del tuo ualore, i tuoi geſti, le tue prodezze, le tue lodeuoli e magnifiche impreſe, gli effetti da te operati hanno dato ardire a coloro, che prima temeuano.

Tua praeclara facta, actiones egregiae, tuae res geſtae, ea, quae geßiſti, quae tuae ſigna uirtutis oſtendiſti, uirtus re perſpecta, perſpicuis teſtata ſignis, praeclaris factis declarata excitauit eos, qui antea timore perculſi iacebant, animos a metu ad ſpem reuocauit, retulit, reduxit, tranſtulit.

Fauore.

Tu hai perduto il fauore del popolo nõ per colpa tua, ma de' tuoi: la gratia del popolo, l'affettiõe, che il popolo ti portaua, e mãcata: ſei uſcito della gratia e dell'amore del popolo: non tua colpa, ma de tuoi ti ha

priuato

Priuato della gratia e del fauore del popolo: da qui inanzi fauoreuole il popolo non hauerai, il popolo non ti fauorirà, non sarai fauorito appresso il popolo, non ti ualerai del fauor del popolo; la gratia del popolo non ti giouera.

Factum est non tua, sed tuorum culpa, uitio, tuo tum, non tuo, contingit, ut populi studium, gratiã, beneuolentiam amiseris, perdideris; ut e studio, gratia, beneuolentia populi excideris; ut populus non amplius tibi faueat, studeat, suffragetur, tui studiosus, tibi amicus, bene in te sit animatus: studium populi, gratiam, beneuolentiam non tua, sed tuorum iniuria tibi eripuit, ademit, abstulit: non per te, sed per tuos, non a te, sed a tuis, non tuo, sed tuorum merito, iniuria tuorum potius, quam tua, effectum est, commissum est, ut populum tui studiosum, bene in te animatum, tibi amicum iam non habeas; ut gratiosus apud populum, carus populo, in populi gratia minime sis; ut nullum populi studium, nullam gratiam, aut beneuolentiã teneas, obtineas, possideas; ut fauente populo, suffragante, benigno, tibi amico, bene erga te animato, tui studioso non utaris: gratiam tuam apud populum non tua, sed tuorum culpa extinxit: ex amore populi effluxisti.

I piu ricchi hoggidi hanno piu fauore: piu fauoriti sono i piu ricchi; si da fauore a' ricchi piu che ad altri.

Ea temporum ratio est, ut, qui plus opibus ualent, magis excellant gratia, gratiosiores sint:

confe-

conferunt libenter homines ſua ſtudia in locupletiores, diuitioribus fauent, ſtudent, ſuffragantur, praeſto ſunt.

Farotti ogni fauore, qualunque uolta l'occaſione mi ſi offeriſca.

Vbi ſe obtulerit occaſio, mea in te ſtudia extabunt, mea in te ſtudia conferam, ornabo te, omnia tibi ſtudia praeſtabo, mea ſtudia non deſiderabis.

Felicita.

Niuno e, che ſempre ſia felice, che poſſegga e goda una perpetua felicita, a cui niuna coſa manchi, ogni deſiderio rieſca a buon fine, non ſia mai contraria la fortuna.

Quis eſt, qui nihil in uita mali uideat, nihil ſuſtineat incommodi, nullam ferat calamitatem? cuius eſt perpetua felicitas, nullis interrupta malis? nemo fortuna utitur perpetuo bona: nemini res ad uoluntatem ſemper fluunt: nemo eſt, cui proſpere omnia ſuccedant, nihil contra uoluntatem eueniat, nullum accidat infortunium, ſecunda ſint omnia, optata omnia contingant.

Niuno e piu di te felice: niuna felicita e ſuperiore alla tua.

Tuas fortunas nemo ſuperat: aequas omnium fortunas: proſpere tecum agitur, ſic, ut inuidere nemini poßis: felicitate conferri tecum fortaſſe multi, praeferri tibi, anteferri, praeponi, anteponi

anteponi certe nemo poteſt, ea fortuna uteris, quae poteſt eſſe maxima: tam beatus es, quam qui maxime: ita beatus es, ut nemo magis ijs uel ornamentis uel praeſidijs redundas, quibus maiora eſſe nulla poſſunt: nihil non optabile conſecutus es: nihil ad felicitatem tibi deeſt: ea poßides, ac tenes, quae beatam uitam efficiat, quae ſunt in uita expetenda, quae qui poßidet, fortunam accuſare nullo pacto poßit, nullius fortunam ſibi exoptare debeat: nemo eſt paratior ab ijs rebus, in quibus ſita felicitas eſt: rebus omnibus affluis: non eſt, quod quidquam deſideres: optimis eſt rerum tuarum ſtatus: tibi ſatis eſt uel ingenij, uel fortunae ad bene beateq; uiuendum. animi, & fortunae bona ſic in te ſunt, ut in illo magis.

Ferire.

In quella battaglia, zuffa, conteſa fu ferito grauemente, tocco una gran ferita, gran piaga.

In illa pugna, illo certamine grauiter uulneratus eſt, percuſſus eſt: graue uulnus accepit, tulit: plagam accepit: graui uulnere eſt affectus.

Tale è la ferita, che non ne guarira mai, non ſi riſanera, ui laſciera la uita, ne morra.

Futurum non ſpero, ut ex hoc uulnere conualeſcat: eiuſmodi uulnus eſt, ut ſanari non poßit, ut ſalus deſperanda uideatur, ut ſpes ſalutis nulla ſuperſit, ut medicinae non ſit locus.

Fidarſi.

Non e da fidarſi in alcuno, per grande amico che ſia: non

non e da dar piena fede, da commetterſi alla fede di alcuno; da creder interamẽte ad alcuno: nõ e ſicura la fede di alcuno, e dubbioſa nõ e da fondarſi ſopra la fede di alcuno, da cõfidarſi nella fede di alcuno.

Nemini, uel ſumma neceßitudine coniunčto, habenda fides eſt, nuſquam tuta fides: cauendum ne eſt, cuiuſquam fidei nos credamus; committamus, res noſtras commendamus cautionis eſt, ſapientiae eſt, conſilij eſt, nemini ſe credere, committere, nemini plane confidere nullius in fide omnia ſtatuere, ponere, collocare, quis eſt, quem tibi fidum praeſtare poßis, cuius fide niti tuto poßis; cuius incerta, dubia, infirma, fluxa fides non ſit.

Fidar lettere.

Le lettere mie ſono di tale importanza, che non oſo di fidarle a perſona, la quale io non conoſca.

Eiuſmodi ſunt, eius generis, eius momenti meae litterae, ut eas non audeam temere committerae: non eius generis, non eiuſmodi ſunt meae litterae, ut eas audeam temere credere.

Figliuolo.

Hebbe di lei molti figliuoli.

Multos ex ea filios genuit, ſuſcepit, tulit: complures ex ea filij nati ſunt: filios ei peperit multos: ita fecunda uxore uſus eſt, ut filijs aučtus ſit multis, ut filiorum mulitudine abundauerit.

Sono al padre di molta contentezza i coſtumati figliuoli.

Magnam uoluptatem e moribus filiorum pater

ter suspicit: magna uoluptate patrem afficiunt bene morati liberi: magna uoluptate sunt parenti qui moribus excellunt filij: capit ex honestis filiorum moribus uoluptatem summam, ac laetitiam pater.

Fine.

Non so, se al principio risponderà il fine, se dal principio sara differente il fine, se al principio sara simile il fine, se la cosa, come è incominciata cosi finira.

Vtrum res eum finem, qui principio respondeat, a principio non dissentiat, non discrepet, habitura sit, ignoro: futurum ne sit, ut extrema cum primis contexantur, coniungantur, extrema primis respondeant, consentiant, similia sint, non dispicio: quem sit exitum res habitura, similem ne, an dissimilem principio, suspicari non possum.

Non ho hauuto altro fine, altro disegno, altro oggetto, altra intentione, altro proponimento, che la liberta della patria: ad altro non ho mirato, non ho indrizzati i miei pensieri, non ho atteso, che alla liberta della citta.

Nihil aliud a communi libertate, nihil, praeter communem liaertatem, quaesiui curaui secutus sum, spectaui: ad unam ciuium libertatem meas curas intendi, cogitationes retuli, studia contuli: praeter communem libertatem, proposita mihi nulla res fuit.

Io porro fine alla lettera con pregarti che mi ami: chiudero la lettera con questo fine; mettero fine alla lettera

lettera con queſto fine: metterò fine alla lettera con queſte parole: ſarà queſto il fine e l'eſtrema parte della mia lettera.

Finem ſcribendi faciam, ſi te primum rogauero, ut me diligas: epiſtolae clauſula haec erit, ut beneuolentiam in me tuam abs te petam: epiſtolam ità concludam: ita finem faciam, imponam.

Fingere.

Il fingere non è coſa da huomo da bene: non e ſegnò di bontà il ſimulare: l'eſſer doppio, e brutta coſa: il dir una coſa per ua'altra, non è coſtume de' buoni.

Virum bonum, ſimulatio non decet: non cadit in uirum bonum ſimulatio: ab omni ſimulandi ſtudio uir bonus longe abeſt: non decet ſimulare: figmenta non probantur: aliud ſentire, & loqui, non eius eſt, qui uir bonus haberi uelit: uiri boni non eſt fingere artem ſimulandi qui ſequitur, bonorum numero nõ eſt, bonorum numero excluditur, longe a bonorum conſuetudine diſcedit.

Fornire.

Non ſo come fornire il mio ragionamento, con qual fine chiuderò il mio ragionamento, come a fine condurrò il mio ragionameuto.

Quemadmodum exitum expediam inſtitutae orationis, non reperio, non uideo qui poſsim inſtitutae orationi finem imponere, quo fine inſtitutã orationem claudere, abſoluere, perficere.

Attendi a fornire affatto la guerra, a por fine alla guerra,

guerra, a condurre la guerra a fine, ad espedire la guerra.

In eam curam incumbe, ne qua belli scintilla relinquatur, ut belli extrema deleas, ut belli reliquias persequare, atq. conficias, ut profligatum a te, confectum, absolutum, sublatum penitus bellum laetari possimus.

E furnito l'anno del mio gouerno.

Annuum munus confeci, absolui; annuo munere sum perfunctus; absoluta est annua administratio: administrationis annuae finem attigi; ad finem perueni, abijt annus imperij mei.

Forte, in uece di animoso.

La fortuna mi combatte fieramente: ma la mia conscienza mi dona fortezza contra tutti gli accidenti humani, mi arma di fortezza, mi porge ualore, forze mi accresce, mi da maggior uigore, piu animoso mi rende, piu prode, e piu ualente mi fa, e cagione ch'io sprezzi ogni sua forza, che alle sue forze con maggiore animo resista, faccia resistenza, mi oppon ga, alle sue forze non ceda; non mi smarrisca di animo, nõ smarrisca l'animo, nõ inuilisca, pigli ardire.

Vehementer, acriter, acerbe grauiter me oppugnat, uexat, exagitat, urget, premit, aduersa mihi est, infesta est, infensa est, iniqua, inimica fortuna: ego tamẽ ad humana oĩa, ad eos oẽs casus, qui humanae uitae impendent, quibus humana uita subiecta est, proposita est, exposita est, patet, fortis sum, contra fortuna paratus, armatus, firmus, ualidus, firmissimis

missimis conscientiae praesidijs munitus: res humanas praeclare contemno, negligo, despicio, aspernior: ualet animus meus, firmus est, se ipso nititur, sua in se ipso praesidia ponit, a se ipso praesidium omne petit; aduersus fortunae uim impetum, conatus, iniurias, tela omnia: minimum res humanae me mouent, afficiunt, perturbant: minimum laboro de rebus humanis: susq. deq. res humanas facio: humanis casibus animi praestantia, uirtute, fortitudine resisto; fortunae conatibus obuiam eo, occurro, obijcio me, oppono me fortiter, atque acriter: fretus conscientia fortunam sperno; mea me contra fortunam conscientia fortem facit, confirmat, auget uiribus, ualidiorem reddit, mihi animos addit: uirtutem, uires, robur, fortitudinem, firmitatem.

Forte, in uece di gagliardo.

Niuno piu di lui forte ho conosciuto, piu di lui gagliardo, piu ualente, piu robusto, di maggior nerbo, di maggior forze.

Neminem cognoui fortiorem, ualidiorem, in quo plus roboris, firmitatis, uirium inesset, qui firmior esset a uiribus, qui uirium firmitate praestaret, qui robore corporis illum anteiret, qui uiribus magis ualeret, cuius esset praestantior fortitudo.

Fortuna.

Non mi dispiace, che tu ti sia dato alla mercatantia, onde facilmente arrichirai; ma ti conforto a darti in mano della fortuna, a creder alla fortuna, a cō-

metterti in poteſta della fortuna, cõſidarti nella fortuna, eſporti alla fortuna quanto meno potrai.

Non improbo, non diſplicet mihi, tuum conſiliũ non reprehendo, quod ad mercaturam exercendam negotia gerenda, adminiſtranda, ad negotiandum te contuleris, ad mercaturae ſtudium adiunxeris: te tamen hortor, tibi ſuadeo, auctor tibi ſum, ne fortunae fidem habeas, confidas, credas; ne te fortunae committas, credas, tribuas; ne fortunae poteſtati committas, ne multum in fortuua ponas: ne fidam, ſtabilem, firmam, conſtantem, certam fortunã ducas, ut a fortuna caueas, caute agas cum fortuna, minimum tibi de fortuna polliceearis, ſpem in fortuna nullam reponas, conſtituas, ut fortunae inſtabilitatem, leuitatem, inconſtantiam, uarietatem, mutationem, uarios caſus, uiciſsitudinem extimeſcas.

Se hauerai la fortuna proſpera, amici non ti mancheranno, ma ſe l'hauerai contraria, ogniuno ti laſcerà: nella ſeconda fortuna, nello ſtato felice, nel proſpero e facil corſo delle coſe tue, nell'abõdanza de' beni, copia, e moltitudine d'amici hauerai, ma ſe fortuna le ſpalle ti uolge, ſe acerba la fortuna ti ſi moſtrerà, ſe ſaranno in cattiuo ſtato, a ſtrano partito le coſe tue, ſe turberà qualche accidente la tranquillità dello ſtato tuo, ſolo ti trouerai, priuo di amici, abandonato da tutti, non ſia chi ti porga aiuto, ti ſouenga, ti ſi moſtri amico.

In proſpera, ſecunda, commoda, optima fortuna, floren-

florẽtiſſimis,proſperis,optimis rebus tuis,ſi tibi for tuna ſuffragabitur,fauebit,facilis erit,facilem ſe tibi,ac benignam praebebit,ſi tibi optime cũ fortu na cõueniet,ſi fortuna uteris proſpera,ſecunda,fa- cili,benigna,ſi tibi erit optime,ſi commode tecũ age tur,tranquillus erit rerum tuarum ſtatus: res tibi uolũtatẽ fluẽt,cõmodis abũdabis, amicorũ copia flo rebis amicorũ multitudinẽ nõ deſiderabis, ſin ages infeliciter,fortuna uteris aduerſa, tuis commodis, atq.optatis aduerſabitur fortuna, inimicã fortunã experieris,tuis optatis fortuna nõ reſpõdebit,male tibi cum fortuna conueniet,male tecum agetur, in- commode tibi erit, caſus aliquis rerum tuarum trã quillitatem perturbabit,perculſus fortunae ui iace bis,languebis,iacebit fortuna tua,iacebũt res tuae aliqua te premet,& urgebit difficultas, infeſta for tuna uteris,infenſa,iniqua,aduerſa,difficili,dura, acerba,parum proſpera,parum ſecunda, parum fa cili,parum benigna, tum amicos requires, amico- rum inopia laborabis,omnes te deſtituẽt, deſerent, a te deſciſcent,diſcedent,recedent.

Forze.

In queſta impreſa mettero,adoperero,impieghero,ſpẽ dero,conſumero tutte le mie forze:quanto per me ſi potrà,tanto operero, non riſparmiero punto le mie forze: ſenza riſparmio alcuno delle mie forze mi adoperero: porro ogni ſtudio, & ogni a me poſſibil induſtria,con tutto l'animo cõ tutto il corpo mi affa tichero,mi adopererò:niuno ſtudio,niuna opera, o

diligenza lasciero addietro.

In arcem huius caussae, in summam caussam totus inuadam, omni ui, toto pectore incumbam, agã pro mea uirili parte, pro mea parte, pro uirili, pro uiribus, toto pectore, cunctis uiribus, omnibus neruis, omni meo studio, quantũ est in me, quantum in me positum, in me sitũ, quo ad possum, quãtũ ualeo, quãtũ quidem praestare ipse possum, quantũ consequi uiribus licet: contendã oĩ studio, summe conabor: enitar oĩbus tũ animi, tũ corporis uiribus: conferam ad hanc rẽ oẽs uires, omnia studia, quidquid erit in me industriae, operae, curae, diligentiae, minime parcã uiribus: elaborabo pro uiribus: nullum studiũ, nullã operã, aut ĩdustriã praetermittã: dabo operã quantum in me erit, pro eo quod in me erit.

Egli ha cercato di nuocermi con quelle poche forze, che gli erano rimase: quanto ha potuto, con quella debolezza, nella quale si troua, ha procacciato il mio danno.

Fractam illam, & debilitatam uim suam in me contulit: pro suarum uirium infirmitate, imbecillitate, tenuitate nihil non egit, mihi ut incommodaret, obesset, damnum inferret, afferret, crearet: cũctis uiribus, quae illi supererant exiguae, infirmae, imbecillae, ad meam perniciem incubuit, usus est.

Io fui cagione, che tu ti risanaßi, racquistaßi le smarrite forze, ripigliaßi l'usato tuo uigore, di debole diuenißi gagliardo.

Ego te languentem, iacentem, male affectum

ad priſtinam ualetudinem uirtutemq. reuocaui; meo beneficio priſtinas uires recuperaſti, recepiſti, confirmatus es: factum eſt a me, ut ex morbo plane conualeſceres, ut ex infirmo ualidus fieres, ut amiſſam ualetudinem recuperares, ut in ſtatum ualetudinis priſtinum, optimum reſtitueris.

Fuggire.

Hauendo combattuto un pezzo, fuggirono chi in qua, e chi in la, ſi miſero in fugga, ſi diedero a fuggire.

Cum aliquandiu pugnaſſent, in fugam ſe coniecerunt, dederunt, fugam arripuerunt, fuga ſalutẽ petiuerunt, fugati ſunt, fuga, ſibi conſulere coeperunt, fuga diſtracti ſunt, diſſipati, diſperſi, diſiecti; diſtraxit eos fuga, diſſipauit, diſiecit.

Fulminare.

Haueuano gli antichi per cattiuo augurio, e contrario ſegno; quando le quercie erano fulminate, da fulmini percoſſe, quando cadeua il fulmine ſopra le quercie, percoteua, feriua le quercie.

Male ueteres ominabantur, augurabantur, infauſtũ omen, mali euentus omen, aduerſum, calamitatem portendens, incommodorũ ſignificans, iudicabant, ſi quercus fulmine percuterẽtur, ferirẽtur, fulminis ictum ſentirent, de caelo tangerentur.

Fuoco.

L'andare al fuoco mi nuoce.

Igne uti ſine ualetudinis damno mihi non licet: ſi ad ignem accedo, obeſt ualetudini, ualetudi

nis cum detrimento fit, laeditur ualetudo, damnum facit, infirmatur, incommodo afficitur.

Furioso.

E diuenuto furioso, e uscito di mente, ha perduto il senno, e entrato nella pazzia, per dolore di hauer perduta la lite.

Quia caussa cecidit, litem perdidit, furere coepit, ad insaniam, furorem, dementiam, amentiam redactus est, mente captus est, mentem amisit: mens eum reliquit, defecit, destituit, incidit in insaniae morbum, prolapsus est in furorem, a se ipso discessit a mente discessit.

G

GABELLA.

Con puoco guadagno tu serui nella gabella, nel datio.

Tenui mercede, leui quaesto, exiguo lucro das operas in scriptura, operam nauas ijs, qui uectigalia tractant, uectigalibus praesunt.

Gagliardamente

Merito somma lode, perche difese la patria gagliardamente, ualorosamente, brauamente, da prode e ualente huomo, fortemente, con fortezza, con ualore, con uigoria & animo grande, in tal maniera, che prode, e ualente, ualoroso, forte, animoso ne fu giudicato.

Egregia laude se dignum ostendit, summam laudem consecutus est, quia patriam fortiter tutatus est, acriter, strenue, uehementer, acerrimum se

patriae

patriae defenſorem praebuit, hoſtibus patriae ſuum corpus obiecit, oppoſuit; ita pro patria pugnauit, ut fortitudinis laudem tulerit, proelia ſuſtinuit pro patria; uires omnes ad ſalutem patriae tuendam contulit; pro ſalute patriae defendenda contendit omnes neruos.

Gagliardo.

Tu ſei gagliardo al pari di chi ſi uoglia: di gagliardia pareggi qualunque altro: a niuno ſei inferiore di forza; niuno e di te piu gagliardo.

Tam firmus, tam ualidus, tam fortis, tam robuſtus, quam qui maxime: ita paratus es a uiribus, ut nemo magis: uiribus uales: nemo tibi uiribus ſuperior eſt, praeſtat, antecellit: ſuperiorem uiribus neminem habes, paucos pares: firmitate corporis excellis: uires in te ſunt firmiſſimae, uirium, roboris, neruorum in te plurimum eſt: egregie robuſtus es, ualidus, firmus, fortis.

Galant'huomo.

Egli e galantiſſimo huomo in ogni coſa: ha del buono in ogni coſa, rieſce in ogni coſa: acconciamente ſa operare qual ſi uoglia coſa.

Aptiſſimus eſt ad oēs res nemo eſt illo cōmodior, aut aptior: in oī re, in omni iudicio elegantiſſimus eſt, egregio iudicio perpolitus: ſumma eſt in illo ingenij ſuauitas & elegātia: nihil agit nō apte, non commode, non eleganter, non laute, non uenuſte, non lepide, non egregie: lepores habet, elegantiam, lautitiam, uenuſtatem in omni re; quidquid agit,

cum lepore agit,cum elegantia, sic,ut gratiam ab omnibus ineat,ut aptior,accommodatior, idoneus magis uideatur esse nemo: proprie factus a natura uideatur ad omnes res,natus ad omnia, appositum quiddam possidet ad omnes res.

Gentilezza.

Questo fai non da premio, non da speranza di premio commosso,ma da gentilezza,amoreuolezza,humanità,cortesia sospinto.

Agis hoc non praemij spe commotus, sed humanitate adductus,benignitate impulsus, studio liberalitatis incitatus: non te ad hanc rem utilitatis, aut praemij spes, sed humanitas,benignitas, naturae facilitas,naturae tuae ad humanitatem,benignitatem propensio,adduxit,impulit,incitauit:dedisti hoc humanitati tuae, non praemijs: agnosco tuam humanitatem,debet hoc humanitati tuae acceptũ referri,fructus hic est humanitatis tuae.

Giorno.

Si fa giorno: si aggiorna: uien la luce: comincia il giorno, nasce: sorge la luce: piglia principio il giorno.

Lucescit:albescit dies: dies appetit, aduentat, adest:crepusculũ matutinũ adest:sol exoritur:tenebras fugat lux:nocti succedit dies:noctẽ subsequitur dies:abeunte nocte dies aduenit: lux apparet.

Giorno determinato.

Al giorno deliberato,determinato,ordinato: statuito,predetto partiremo della prouincia.

Ad

Ad conſtitutam, praeſtitutam, praefixam, prae ſcriptam, pactam diem de prouincia decedemus: ea, qua conſtitutum eſt, quae conuenit inter nos, die proficiſcemur, in uiam nos dabimus.

Giorno in uece di tempo.

Verra pur quel giorno, quel tempo, quella ſtagione, che la uirtu ſie prezzata ſecondo il ſuo merito, lucera quel giorno, apparira quella luce, che ſie gradita, tenuta in grado, prezzata la uirtu.

Erit aliquando illa dies, lucebit ille dies, ueniet illud tempus, lucem illam aliquando uidebimus, quae uirtutem illuſtret: erit aliquando, cum uirtuti honos habeatur, ſuus tribuatur, honos, debita merces perſoluatur, locus honeſtus ubiq. ſit.

Giouamento.

Se farai quel uiaggio, che hai diſegnato, e propoſto, gran giouamento ne piglierai, grande utilita, grã de utile ne riceuerai, ne trarrai, ne goderai, buon frutto ne meterai: ſaratti di molta utilita, a molta utilita ti tornera, a grande utile: te ne ſeguira gran giouamento.

Conſtitutum iter ſi ſuſcipies, emolumenti, utilitatis, commodi plurimum, praeſtantem fructum capies, ſumes, colliges: ualde erit ere tuo, ualde in rem tuam: tuis rationibus uehementer conducet: in eo tibi maxime conſuletur; utilitas maxima conſequetur: uehementer expediet, proderit, fructuoſum erit, cum fructu, utilitate, commodo, emulumento, bono rerum tuarum.

Io non

Giouane.

Io non mi marauiglio, se tu non uedi le occulte insidie del fallace mõdo, essendo tu ancor giouane, nell'eta giouanile, nella giouanezza, in quella parte dell'eta, doue non e perfetta la prudenza, doue e difficile il sapere, in quelli anni, doue non e matur ita, quasi nel primo fiore dell'eta.

Si, quid insidiarum in uita sit, minus dispicis, intelligis, uides; minime miror; cum adhuc intra iuuentutis annos tua uersetur aetas; cum ex iuuentute nondum excesseris; cum in ea sis aetate, quae ualet uiribus, a prudentia infirma est, uiribus floret, a prudentiae maturitate procul abest, longe distat a prudentia, in qua prudentia locum non habet, cum adhuc aetatis tuae tam quam in uere sis, cum aetas iuuentutis, in qua tu es, inopia fere iudicij laboret, expers iudicij, prudentiae, grauitatisq. sit; usu rerum, & experientia, unde oritur prudentia, prorsus uacet, uacua sit, careat,

Giudicare.

Niuna cosa giudico piu lodeuole, che non tener conto delle ingiurie: non penso, non reputo, non stimo, non ho opinione, che sia maggior lode, che non far caso delle ingiurie, non mirar punto alle ingiurie, sprezzar le ingiurie, scordarsi delle ingiurie per opinione mia, per mio giudicio, secondo il mio giudicio, secondo ch'io giudico, per quanto il giudicio mi porge, la ragione mi dimostra, e somma lode non alterarsi per le ingiurie, non riceuer passione dalle ingiurie,

giurie, non procacciare uendetta delle ingiurie, cancellare dell'animo la memoria delle ingiurie.

Nihil iudico, duco, cenſeo, ſtatuo laudabilius, quam iniuriarum rationem non habere, non ducere: quo modo quidem ego exiſtimo, ut ego quidem arbitror, opinor, puto, autumo, ſentio, ut opinio mea eſt, ut mea fert opinio, quantum quidem aſſequi iudicio poſſum, ut mihi ſuadet ratio, oſtendit ratio, niſi iudicio fallor, iudicij ſum expers, rudis plane ſum; nihil eſt praeſtantius, laudabilius, ad laudem illuſtrius, quam iniurias comtemnere, nihili facere, obliuiſci, ex memoria delere, minime perſequi, ulciſci nolle, ultione non perſequi, referendae iniuriae curam non ſuſcipere, de iniuria perſequenda, ulciſcenda, referenda, de iniuriarum ultione minimum laborare, nihil omnino cogitare, ultionem iniuriarum non ſpectare, non curare: in contemnendis iniurijs, obliuiſcendis, ex animo euellendis, ex memoria delendis, obliuione uoluntaria conterendis eximia ſita laus eſt, ea laus eſt, qua nulla praeſtantior.

Giudicio.

Ancora non ho ben riſoluto nell'animo, non ho interamente determinato, ſe, l'hauer giudicio, naſca, proceda, uẽga dalla natura, o dalla diſciplina, ſia dono di natura, ouero effetto e frutto della diſciplina: la eccellenza del giudicio, il diritto, e ben ſicuro giudicio, il ſaper dirittamente giudicare, il conoſcere le coſe a dentro, il penetrare all'intimo delle

coſe,

cose, il discernere il meglio dal peggio, non so compiutamente, non intendo bene, se sia priuilegio donato dalla natura, o frutto dall'arte, della disciplina prodotto.

Nondum plane constitui, nondum satis habeo constitutum, deliberatum, exploratum, explicatū, certum, naturae ne munere, an disciplinae beneficio iudicium contingat, iudicij praestantia, excellentia, ius, subtilitas utrum a natura, an ab arte, ac disciplina proficiscatur, contingat, manet; naturae ne priuilegio concedatur, an sit ab arte, ac disciplina petendum, utrum is, qui recte iudicat, qui optime iudicio utitur, qui iudicio ualet, praestat, excellit, facultatem habet optime iudicandi iudicio abundat, naturae debeat, an arti, bonum illud acceperit a natura, an hauserit a studio, ab arte, a disciplina, naturale, ne bonum sit iudicium, an potius in studio, arte, disciplina, doctrina, ratio ne situm, eiusmodi, quod doctrina tradatur, a praeceptis ducatur, discatur a magistris.

Giuramento.

Ti giuro, che la cosa sta, come dico: affermoti con giuramento, tale esser lo stato della cosa: così Dio mi dia bene, faccia bene, mi salui, prosperi, guardi, mantenga, della sua gratia faccia degno, di ogni mio desiderio l'effetto mi doni, ogni mio desiderio a fine, a termine desiderato, ad effetto conduca: così ad ogni mio desiderio segua l'effetto: così uiua lunga e felice uita, cõe la cosa sta così: possa io morire:

male

male mi auuenga: non mi uegga contento di cosa, ch'io desideri: cada sopra di me la disgratia d'Iddio: cadano tutte le humane sciagure: uenga in odio a me stesso; uegga presto l'ultima hora: ogni bene mi manchi, se la cosa non sta cosi.

Iuratus tibi affirmo, iure iurando tibi polliceor, atq. confirmo: eiusmodi rem esse, ita se rem habere, eiusmodi rei statum esse, in hoc statu rem esse: ita mihi Deus bene faciat, faueat, adsit: ita me respiciat Deus, seruet, tueatur, non destituat, non deserat: ita mihi a Deo prospera contingant omnia; ita mihi optata contingant: ita, quae opto, feliciter eueniant, ita mihi bene sit, meis rebus feliciter eueniant, ad uoluntatem cuncta fluant: ita uiuam, diu feliciterq. uiuam, diuturna lucis usura fruar: ita mihi tum diuturnus uitae cursus, tum facilis etiam, tranquillusq. sit: ita meis optatis fortuna respondeat: ita sim saluus, incolumis, felix, beatus, malorum expers, ignarus aduersae fortunae: ita nihil aduersi uideam in uita: ita nunquam aduersam, perpetuo secundam fortunam experiar: ita fortuna utar perpetuo bona; ita moriar: ne uiuam: ne sim saluus: disperem perdat me Deus, male mihi Deus faciat, Deum sentiam iratum: male mihi sit: nihil ex animi sententia succedat; excludat omni commodo: aduersa mihi sint omnia, cadat infeliciter, quidquidago, infensa omnia, iniqua aduersa experiar.

Giu-

Giustificarsi.

Voglio ad ogni modo giustificarmi: intendo di mostrare le mie ragioni: propongo, dispongo, fermamente delibero di far palesi, prouare, dar'a ueder le mie ragioni, render conto di quello, che mi ha mosso, difendere e prouare la mia causa, dar a conoscere con la ragione, persuadere per uia di ragione, con assai chiari argomenti insegnare, che non a caso, non temerariamente, non senza ragione, non per subito, uano capriccio mi son mosso, mi ho lasciato indurre.

Omnino constitui, decreui, deliberaui meum factum purgare, probare, rationibus tueri: id mihi propositum, planeq. certum est, ut rationem reddam consilij mei, agere, probare, tueri, defendere, sustinere meam causam prorsus uolo; argumentis minime dubijs ostendere, rationibus persuadere, nõ me casu, me temere, non inani quadam uoluntate repentino mentis impetu, nulla satis firma, certa ue caußa commotum, adductum, impulsum: quod feci, ostendam iure factum, consilio factum, optimis de causßis, ratione suadente, ratione duce, certo iudicio recte, & considerate, ita factum, ut reprehendi non possim, ut mihi temeritatem, imprudentiam, inopiam consilijs nemo possit obijcere, nemo possit in controuersiam, in dubium uocare, merito dãnare, uituperare, accusare, exagitare, uitio dare.

Giustitia.

La giustitia abbraccia, comprende, contiene in se tutte le

te le uirtu: chi la giustitia possiede, niuna uirtu ha cagione di desiderare: dou'e la giustitia, iui sono tutte le uirtu: sono congiunte, attaccate, collegate con la giustitia, comprese nella giustitia tutte le uirtu: dalla giustitia dipendono tutte le uirtu: al giusto niuna uirtu manca.

Omnes insunt in una iustitia uirtutes, iustitia continentur, comprehenduntur: continet iustitia, comprehendit, complectitur omnes uirtutes: omnes ad unam iustitiam uirtutes referuntur, ab una iustitia pendent, in una iustitia includuntur: qui iustitiam tenet, non est ut uirtutem ullam praeterea desideret, requirat, expetat: nulla uirtute iustus caret: nulla uirtus abest a iusto: coniunctae sunt, colligatae, connexae cum iustitia uirtutes omnes.

Nel gouernare la republica si deue attendere solamente alla giustitia, mirare al giusto, seguire la giustitia per guida, ubidire alla giustitia, & alle leggi, dipendere dal giusto, dal dritto, dall'honesto, osseruare quel che la ragione commanda, e la conscienza ricorda.

In administranda, gubernanda, regenda, capessenda, tractanda, curanda, gerenda republica, in administratione reipublicae, in omni publico munere id solum spectare debemus, quid iustitia postulet, ratio praecipiat, conscientia proponat, quid sit iustitiae, quid rationi consentaneum, quid cum iustitia, cnm ratione congruat, conueniat, consentiat; habenda iustitiae summa ratio est: una spe-

ctanda

standa iustitia, nihil praeterea: de una iustitia laborandum, sequi ducem iustitiam debemus, agere cum iustitia, iuste, recte, honeste: honestum tuendum est solum; nostra consilia, nostras actiones ad unam iustitiam referri decet; propositam habere iustitiam, iustitiae seruire, ad iustitiam incumbere, iustitiam exercere debemus, non est in administranda republica ne latum quidem unguem, ne minimũ quidem, ne tantillum quidem a iustitia discedendum, recedendum.

Pochi hoggidi amministrano giustitia, indrizzano alla giustitia le loro opere, operano con giustitia, mostrano di esser giusti.

Pauci sunt hac aetate, his temporibus, quibus iustitia curae sit, cordi sit, qui iustitiam colant, exerceant, curent, tueantur, qui de iustitia laborent, apud quos iustitia locum habeat, iustitiae locus sit, qui se iustos praebeant.

Gloria.

La gloria sempre accompagna la uirtu, e compagna della uirtu, segue la uirtu, ua dietro alla uirtu, e congiunta con la uirtu, nasce della uirtu, esce della uirtu.

Gloria comitatur uirtutem, uirtutis comes est, uirtutem sequitur, cum uirtute coniuncta, ad uirtutem adiuncta, nascitur a uirtute, oritur ex uirtute, manat, proficiscitur a uirtute, uirtus gloriam parit, largitur, affert, ad gloriam ducit.

Le fatiche, che hora tu duri, glorioso ti renderanno

appreſſo a i poſteri, ti doneranno l'eternità, daranno ti per premio l'immortalità del tuo nome, perpe tua fama, ſempiterna uita dopo morte : ſarà il tuo nome, in premio delle tue fatiche, da tutte le lingue, tutti gli ſcritti, in tutti i ſecoli raccolto, cuſtodito, celebrato, adornato dalle maggior lodi.

Quos nunc ſuſcipis labores, ij te apud poſteros aeterna gloria donabunt afficient, illuſtrabunt, ornabunt, decorabunt, tuum nomen immortalitati commendabunt, ab hominum obliuione, ab interitu uindicabunt, tui nominis famam in omnia ſaecula diſſipabunt, poſteritati tradent, omnium ſermonibus & ſcriptis exornandum, extollendum, celebrandum, honeſtandum, tuendum : conſequeris tuis laboribus, ne qua dies tui nominis famam delere poßit, ut omnis de te poſteritas loquatur, nullae tuas laudes litterae taceant, de tuis laudibus conticeſcant.

Gouernare.

Se le coſe mie foſſero ſtate gouernate, maneggiate, amminiſtrate, trattate da te, ſe foßero ſtate ſotto il tuo gouerno, ſotto la tua cura, in tua mano, ſarebbono riuſcite a proſpero fine, felicemente ſecondo il deſiderio mio, haurebbono hauuto proſpero fine, lieto, deſiderato, conforme al deſiderio mio.

Res meae bene & ex ſententia ſucceßiſſent, proſpere cecidiſſent, nihil in rebus meis accidiſſet incommode, ſi tu eas geßiſſes adminiſtraßes, tractaſſes, curaſſes, procuraßes, ſi rebus meis praefuiſſes,

operam dedisses, si rerum mearum, fortunarum cura penes te fuisset, ad te pertinuisset, si tua in rebus meis opera usus essem; si rationes meae te curatorem, procuratorem habuissent.

Intendo che tu sei gouernatore di Milano con assoluta potestà, che tu reggi Milano, che sei rettore di Milano, che Milano è sotto il tuo gouerno, e dalla tua somma potestà dipende.

Audio te Mediolanum summo cum imperio obtinere, tuam esse summam potestatem, summum ius in administrandis Mediolani rebus: praeesse te Mediolano eo iure, quod amplissimum esse potest, ea potestate, quae potest esse maxima: ita te Mediolanum regere, ut summo utaris imperio, liceat tibi quidquid uelis.

Io gouerno la prouincia in un modo, & egli in un'altro: diuersa è la maniera del gouernare dell'uno e dell'altro; siamo differenti nel gouernare la prouincia, diuersamente gouerniamo.

Dissentimus in regenda prouincia: in administratione prouinciae diuersa est utriusque ratio, nō eadem sunt utriusque instituta: longe distat ab illius institutis mea consuetudo: aliud ille spectat, aliud ego sequor: institutorum nostrorum dissimilis diuersa ratio est.

E fornito l'anno del mio gouerno, e giunto a fine.

Annum administrationis meae tempus confeci, absolui, decurri, emeritae mihi sunt annuae operae, emeritum annuum tempus: perfunctus sum annuo

nuo munere: dies annua praeterijt, abijt: annui imperij finem attigi, ad finem perueni.

Ho hauuto grandiſsimi gouerni.

Geßi maxima imperia, ſuſtinui, adminiſtraui maximas res, ſummis rebus praefui · ſumma mihi cõmiſsa ſunt imperia, credita, mandata, tradita: curam geſsi rerum maximarum: ampliſsimo imperio non ſemel uſus ſum: magno ſaepe cum imperio fui.

Grado.

So in che grado egli e appreſſo te, che grado tiene, in che grado tu lo tenga.

Noui locum, quem tenet apud te: noui, quo ſit apud te loco, qui ſit apud te, quanti eum facias.

Non ſono in grado, non in pregio, non in ſtima, come dourebbono, le buone arti. non ſono gradite, non prezzate, ſtimate, riputate, honorate, non e fatto alle buone arti il douuto honore, non e portato riſpetto: mancano le buone arti di quel grado, honore, riſpetto, luogo, che loro e douuto.

Non, ut deberent, honeſtae ſunt, non, quanti deberent, aeſtimantur, nõ quo deberent, quo aequum eſſet, loco ſunt, non, quem deberent, locum obtinent, non admodum in honore ſunt, dignitatis, exiſtimationis, honoris, loci non habent ſatis, exigui pretij ſunt, parui ſunt, haud magni putantur bonae artes, bonis artibus honor non eſt, locus non eſt, honor non tribuitur: bonae artes honore uacãt, dignitate carent, non coluntur, iacent, minime

uigent, ſpernuntur, negliguntur, contemnuntur.

Grande.

Diceſi, che i giganti ſono grandi di corpo, fuori di miſura, fuori dell'ordinario, ſenza paragone, oltra il coſtume naturale: ſono di grandezza eſtraordinaria, inuſitata, maggiore dell'ordinario, auanzano gli altri huomini di grandezza, ſopraſtanno a gli altri huomini, ſono altisſimi di ſtatura.

Maximi inter ceteros homines feruntur eſſe gigantes, extraordinaria, inuſitata, immenſa magnitudine, magnitudinis immenſae: uaſtisſima ſunt gigantum corpora, horribili magnitudine: non ſunt gigantes cum ceteris hominibus corporis magnitudine conferendi: nemo noſtrum eſt, qui gigantes magnitudine adaequet, qui gigantum magnitudinem aequet, aſſequatur, qui gigantibus par ſit: excellũt gigantes magnitudine inter homines reliquos, ceteris hominibus praeſtant, antecellunt: gigantium magnitudo caret exemplo, extra ordinem eſt, praeter naturae morem, uaſtior eſt, quam mos naturae ferat.

Di quel giorno grandisſima lode riporto, lodeuole fama ſi acquiſto, uenne in gran riputatione, di molto honorata opinione, ſommamente fu lodato, eſſaltato, fu celebrato il ſuo nome, inalzato inſino al cielo, ſublimato.

Summam ex eo munere laudem, eximiam, egregiam, miram, mirificam, inſignem, immenſam, ſingularem, unicam, incredibilem, excellentem praeſtantisſimam,

stantißimam, amplißimam, aeternam sempiternã, immortalem, non mediocrem, non minimam, non uulgarem consecutus est, adeptus est, obtinuit, tulit, quaesiuit, sibi peperit, comparauit.

Grandemente.

Sommamente, notabilmente, singularmente, unicamente, egregiamente, marauigliosamente, incredibilmente, molto, in gran maniera, quanto dir si possa, quanto creder si possa, quãto huomo possa credere, quãto si poßa il piu, quanto maggiormente si possa, quanto esprimere con parole non si puo, quanto a pena col pensiero imaginar si puo, quanto possibile e, quanto cape nella mente, quanto l'animo la mente, il pensiero abbraccia, comprende, oltra modo, fuori, di modo, senza modo, oltra misura, fuori di misura, senza misura, smisuratamente, fuori dell'ordinario, oltra l'ordinario, estraordinariamẽte, senza paragone, senza essempio, fuori dell'uso cõmune, in disusata, nuoua, estraordinaria, rara, marauigliosa maniera, fuori di ogni credenza, oltre ad ogni credenza, fuori di ogni opinione, fuori dell'opinione di tutti, talmente, cosi fattamente, in tal maniera, in tal modo, che maggiormẽte non si puo, infino al summo, infin quanto si puo, infino a quel termine, oltre al quale non si puo.

Summe, uehementer, ualde, magnopere etiam, atq. etiam, maxime, mire, mirifice, incredibiliter, singulariter, unice, egregie insigniter, cum primis, in primis, praecipue, apprime, admodum,

maiorem in modum, mirum in modum, mirandum in modum, supra modum, extra modum, oppido, eximie, maximopere, non uulgariter, non mediocriter, non minime, non ad aliorum exemplum, non ex cõmuni consuetudine, non ut solet, non ut mos est, non more, non ordine, non aliorum exemplo, extra morem, extra ordinem, praeter exemplum, sic, ut nihil magis, nihil supra nihil ultra, nihil tale, nihil ad illud, ut conferri nihil posſit, simile, par, aequale, eiusmodi eius generis nihil sit.

Auuertisca il lettore, che la predetta copia non egualmente tutta cadera a proposito di un sentimento; ma fie bisogno di accommodarla, e dispensarla, secondo che richiedera la uaria natura de' concetti. a noi e bastato di raccorla, perche seruiſse a significare grandezza o di quantita, o di qualita il rimanente all'altrui giudicio si rimette, non eſsendo qui luogo d'insegnare, doue propriamente ciascuna parola o col concetto, o con altra parola si poſsa congiungere. il che, a Dio piacendo, cresciute che siano in noi le forze dell'ingegno, e del corpo, uiuente chi alla presente faticha mi ha posto, & in gran maniera aiutato, per auuentura un giorno si fara.

Graſſo.

Egli e graſſo oltra modo, il che e segno, che non puo hauere molto ingegno: tale e la sua graſsezza, che lo rende simile ad un mostro: come puo l'intelletto hauer luogo in cosi sconcio corpo? non e credibile, non e ragioneuole, che, dou'e tanta carne, iui sia

molto

molto spirito, iui alberghi nobilita di concetti, copia di honorati pensieri.

Pinguis est, obesus est, pinguedine diffluit extra modum: quod hebetis, tardi, stupidi, ingenij signum est: quod ingenij tarditatem arguit: qui potest in tanto abdomine, in tam uasta corporis mole, spiritus locum habere, ingenio, aut menti locus esse? ex illa pinguedine, illo abdomine, illo sumine nobiles, elegantes, praeclare cogitationes minime excitantur.

Gratificare.

Desidero di far piacere, far cosa grata, gratificare, far seruigio non solamente a te, ma a qualunque è da te amato.

Volo, cupio non solum tua, uerum etiam eorum, qui a te diliguntur, caussa: cupio rem gratam facere, gratificari, seruire non solum tibi, uerum etiam amicis tuis, seruire uoluntati, & commodo non solum tuo, uerum etiam amicorum tuorum, inire gratiam officijs meis non a te modo, uerum etiam ab amicis tuis: tuam, amicorumq. tuorum officijs meis gratiam quaero: praestare aliquid, efficere, nauare, quod tibi, amicisq. tuis gratum sit, placeat, satisfaciat, uoluptatem, iucunditatem, laetitiam afferat, ualde uelim.

Gratitudine.

Ti faro conoscere in ogni occorrenza: in ogni occasione, in tutte le cose, douunque potro, in ogni tempo,

che non ſono ingrato, che non mi ſcordo de' benefici da te riceuuti, che ſerbo nella memoria, cuſtodiſco nella mente i tuoi corteſi,& amoreuoli effetti, che non mi ſono uſciti di mente i tuoi benefici, che tẽgo memoria di quãto hai operato a beneficio mio; che ſarai da me ricompenſato, rimunerato, ricambiato, riconoſciuto della tua molta humanita; che hauerai da me la ricompenſa, il contracambio, il guiderdone de' tuoi meriti.

Semper meminero, memoria retinebo, tuebor mente atq animo, numquam obliuiſcar, numquam apud me delebit obliuio beneficia, officia, merita erga me tua: memorem me tibi, quaecunque ſe occaſio dederit, obtulerit, probabo: gratum me tibi memoremq. praeſtabo. praeſtabo tibi eam, quam debeo, memoriam meritorum tuorum: gratum me nullo non loco, nulla non tempore, memorem, gratiae referendae ſtudioſum ſenties, experieris, cognoſces: grati animi laudem in me non requires, non deſiderabis; non committam, ut ingratum me appellare poßis, ut in illo officio, quod bene merentibus debetur, iure me, ac merito quiſquam reprehendat, ut in uitium ingrati animi non incidam, ne quis mihi turpem ingrati animi notam poßit inurere, ingrati animi uitium, crimen, culpam poſſit abijcere, ut ab ingrati animi uitio, crimine, culpa, turpi infamia longißime ſeiungar, diſcedam, abſim, ualde procul abſim; ut ea culpa uacem, uacuus ſim, caream, eius culpae ſim expers,

quam

quam committunt, qui nullam referendae gratiae curam ſuſcipiunt, qui de referenda gratia minimum laborant: enitar, &, ut ſpero, conſequar, ut te de me optime eſſe meritum laeteris, ut officia erga me tua uoluptati, ac laetitiae tibi ſint, ut ex tuis in me officijs uoluptatem capias, officiorũ tuorum fructum feras, percipias, colligas, ut gratiae tuae gratiam a me feras, ut parem tibi referã gratiã, par pari ut referam, ut officia tua paribus officijs aequem, compenſem, remunerem, remunerer.

Graue, in materia di peſo.

Queſta coſa è molto graue, peſa molto, è di gran peſo, di molta grauezza.

Grauis admodum haec res eſt, grauitatis, ponderis habet multum, minime leuis eſt: ineſt in hac re grauitatis, ponderisq. multum, non mediocre pondus.

Graue, con ſignificatione di lode.

L'ho ſempre conoſciuto huomo graue, e ueridico: niuna leggierezza in lui, niuna inconſtanza, niuna bugia ho mai ritrouata: non ha punto del leggiero, non del uano, non dell'inconſtante, mutabile, inſtabile.

Hominem grauem, certum, minime mendacem, minime falſum, ſtudioſum ueritatis cognoui, expertus ſum: nihil in eo leuitatis, aut inconſtantiae, nihil inane, uarium, mutabile, inconſtans, nullam animi infirmitatem, nullam ſententiae uarietatẽ, nullã conſilij mutationẽ deprehendi

magna

magna praeditum grauitate semper cognoui: is mihi semper uisus est, qui sibi optime constet, nihil leue committat, nihil inane cogitet, non facile discedat a se ipso, aegre discedat a sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abijciat, sensum deponat, de suo statu demigret; quem nulla res facile abducat, auellat a sententia; cuius mentem huc, & illuc, in hanc, aut in illam partem, in quam uelis partem, utram in partem uelis, non facile flectas, aegre traducas, cum labore torqueas: alieno tempore nihil loquitur: nihil agit inepte, nihil non loco: idē ei uultus in omni re, eadem in omni fortuna mens est. Consideri il lettore la predetta copia, & altre simili, non solamente quanto alla lingua, ma ancora quanto alla prudenza. perciochè nella uarietà dell'elocutioni, che fanno risplendere il concetto, o maggiore il rendono, trouera sparsa alcuna uolta, qualche dottrina, onde si puo apprendere quelle uirtu, e quelli uffici, che lode apportano, e molto sono giouevoli necessari alla uita humana, come qui (per esempio) habbiamo descritto, e dimostrato, qual sia l'officio dell'huomo graue, & in che consista.

Graue, con significatione di molestia.

Tra molte ingiurie da lui riceuute, niuna piu graue mi è stata, niuna piu grauemente ho sopportato dell'ingiuria, e scelerita commessa a dishonore dell'amico mio.

Ex omnibus iniurijs, quas in me contulit, conie cit,

cit, quibus me affecit, uexauit, exagitauit, insecta tus est, nulla mihi fuit grauior, nulla me grauius af fecit, grauiorem nullam sensi, grauius nullam tuli, quam cum amici mei dedecus, ignominiam, dehone stamentum per summam iniuriam, nefandumq. sce lus quaesiuit, infamiam amico meo machinatus est

Guadagnare.

Molti si fanno auocati per guadagnare, tirati da desi derio di guadagno, inescati della dolcezza del gua dagno, per auanzare robba, per accumular dana- ri, per arricchire col guadagno.

In forum multi ueniunt, ut lucri plurimum fa- ciant, ut lucrētur plurimum, ut quaestus maximos faciant, lucri cupiditate adducti, lucelli dulcedi- ne illecti, lucrum spectantes, lucrum secuti, lucro commoti, lucri spe: multos in forum lucri cupiditas adducit, ad agendas caussas impellit: facit augen- dae rei cupiditas, ditandi spes, congerendarum opū comparandarum diuitiarum, pecuniae colligendae ut in forum se conferant, ut uocem in quaestum cō- ferant, ut agendis caussis se dent, ut industriam suā in agendis caussis exerceant.

Guadagno molto, ma per uie poco honorate.

Quaestus maximos, sed turpissimos fecit rem fe cit turpissime, diuitias quaesiuit malis artibus, multum ille quidem, sed inhoneste, sordide, parum laudabiliter: cum dedecore lucratus est: cum infa mia lucrum secutus est: tanti lucrum fecit, ea cupi- ditate ad lucrum incubuit, ut expetendum sibi uel

cum

cum dedecore, cum infamia, turpi cum fama exist imauerit.

Guardare, per auuertire.

Guarda, anuertisci, pon mente, metti studio per non trascorrere oltre a' termini della continenza.

Caue, uide, studium adhibe, consilio utere, diligenter animaduerte, aduerte, attende quam diligẽter potes, ne continentiae terminos transgrediare, ne longius progrediare, quam continentiae ratio praescribit, ne quos tibi continentia terminos praescribit, eos transeas, transilias, trãsijcias, trãsgrediare, praetergrediare, ijs excedas ab ijs excedas.

Guardare, per uedere.

E costume de gli huomini, guardare, riguardare, mirare al cielo, inalzar gli occhi al cielo ne' subiti e contrari accidenti.

Hic est mos hominum, ita more comparatũ est, ut in repentinis aduersisq; casibus, si quid & praeter opinionẽ, & contra uolũtatẽ accidit, caelũ intueãtur, suspiciant, adspectent, ad caelũ suspiciant, adspiciant, spectent, oculos tollant, intendant.

Guarire.

Difficilmente guariscono coloro, che peccano nella quantita, o nella qualita de' cibi: malamente guariscono: con gran fatica racquistano la sanita durano gran fatica a risanarsi, a liberarsi dal male, e riuocare le smarrite forze, a rimettersi nello stato pristino di sanita.

Non facile conualescunt, quibus neque, quantum

tum

tum comedant, neque, quid comedant, cure eſt; qui quod comedunt, neque, quantum, neque, quale ſit, animaduertunt; quibus omnem in cibis modum, omne iudicium, omne prorſus rationem gula eripuit; quibus neq. modus edendi, neq. ulla diligendi cibi ratio eſt; qui & plus appetunt in menſa, quam ſatis eſt, & ex eo genere, quod obſit.

Guerra.

La guerra fa di molti e graui danni, e cagione di molti danni, & acerbe ruine, affligge, guaſta, diſtrugge, manda a male i paeſi naſcono dalla guerra molti e graui danni: ſoſtengono i paeſi per la guerra ogni ſorte di calamita, & ogni ruina.

Multa damna, eaq. grauia, bellum creat, infert, importat: multis, & grauibus damnis bellum regiones afficit: uehementer bellum regiones uaſtat, uexat, affligit, corrumpit, deijcit proſternit, opprimit; perdit bellum regiones, corrumpit omnia, perdit omnia, quaſi flamma urit, & conſumit omnia: nulla calamitas eſt, nullum exitium, nihil tam durum, tam acerbum, quod in bello, regiones non ſentiant, experiantur, ferant, ſuſtineant, perpetiantur: ecquod infortunium eſt, ecquae calamitas, acerbitas, diritas, quae non ex bello naſcatur, oriatur, creetur? nullius mali expers eſt, nulla uacat calamitate regio illa, in qua bellum geritur: perculſa bello, atq. proſtrata iacent omnia: inuehitur bello quidquid mali excogitari poteſt.

L'incominciar la guerra è coſa ſpeſſo temeraria, il

fornirla

fornirla felicemente, non solamente di fortuna, ma ancora di ualore e segno; il dar principio alla guer ra nasce molte uolte da temerario consiglio; ma il condurla a fine con prosperi successi, e argomento non tanto di fortuna, quanto di ualore.

Bellum suscipere, inire, inferre, mouere ad bellũ aggredi, arma capere, ire ad arma, saepe temerita tis est; conficere autem, proficere, absoluere, restinguere, ad exitum feliciter perducere, uictoria terminare, optato exitu concludere, non fortunae solum, sed uirtutis etiam est argumentum: qui bellũ suscipit, is temere saepe facit, temerario impellitur consilio, temeritatis impulsu peccat: qui uero belli extrema delet, bello, finem imponit, finem facit, finem statuit, belli reliquias aufert, conficit, delet, non fortunae solum, sed uirtuti quoque acceptum referre debet.

Lepido rinouo la guerra ciuile, suscitò la guerra ciui uile, ch'era gia spenta, fece rinascere la guerra.

Lepidus bellum ciuile inter ciues renouauit, redintegrauit, suscitauit iam extinctum, inflammauit iam restinctum, rursus excitauit, concitauit, denuo commouit, conflauit, nouo bello ciues implicauit, ciues in bellum denuo coniecit, magnis belli fluctibus obiecit, ex praesenti tranquillitate magnas belli tempestates, commouit, excitauit.

Vna gran guerra si aspetta, si teme.

Belli magni timor impendet: res ad arma spectat: graue bellum in metu est: uersamur in timo

re

re magni belli aduentare, appropinquare, adeſſe iam in graue bellum uidetur: graue bellum timemus, metuimus, formidamus, extimeſcimus; timemus, pertimeſcimus.

H.

HAVERE.

Hanno molta robba i mercanti Fiorentini: poſſeggono molte ricchezze: abondano di ſoſtanze: ſono abõdanti di ſoſtanze ſono abondanti di faculta: hanno robba in molta copia, in molta abondanza in gran quantita.

Rem poßident bene magnam, ampliſsimam, uberrimam, copioſam in primis mercatores Florentini: diuitias tenent ſummas: abundant, affluũt re, copijs, diuitijs, opibus: diuites opido ſunt, locupletes, opulenti, copioſi, a re parati, inſtructi, firmi, bene nummati, bene peculiati: ampla res eſt, prolixa copioſa, minime anguſta bene multa mercatoribus Florentinis ampla re utuntur, prolixa, copioſa, bene multa.

Hauere a male.

Alcuni hanno a male di uedermi coſi honorato nella republica, hanno diſpiacere, ſentono diſpiacere, faſtidio, moleſtia, mal uolentieri mi ueggono coſi honorato: reca moleſtia ad alcuni, e moleſto, apporta diſpiacere queſto mio ſtato honorato.

Sunt, quos meus in hac republica ſplendor offendat, laedat, pungat, angat, ſolicitet, afficiat, urat,

urat; dolore, cura, molestia, solicitudine afficiat: florere me dignitate, existimatione, honore, tantum honoris mihi haberi, tantum mihi dignitatis in republica esse, auctoritatis, gratiae, existimationis, splendoris, non nulli moleste ferunt, grauiter, acerbe, aegre, inique, iniquo animo, non satis aequo animo, non facile, non leuiter, non patientes: tangit animos quorundam, solicitos habet quosdam hic splendor meus, haec species, dignitas.

Honesto.

L'honesto deue essere anteposto all'utile: deuesi all'honesto mirare piu che all'utile: e da tenere dell'honesto maggior cura, farne maggior stima, che dell'utile; amare, tenere l'honesto in pregio, tenere in grado, seguire, prezzare, stimare, gradire piu che l'utile.

Honestum utili praeferendum, praeponendum, anteponendum: debemus honestum spectare, colere, diligere, curare, sequi magis, quam utile, pluris quam utile, aestimare, facere, pendere: putare, reputare, ducere; de honesto potius, quam de utili, laborare, cogitare, curam gerere; propositum habere honestum potius, quam utile; ad honestum potius, quam utile, nostra consilia, studia, cogitata, intendere, dirigere: antiquior, potior, prior nobis debet esse de honesto cura, quam de utili; utile contemni prae honesto decet: in nostris consilijs & cogitationibus plus honesto, quam utili, debet esse loci: spectare honestum potius, quam utile, conferri, referri ad

ri ad honeſtum potius, quam ad utile, noſtra conſilia, noſtra ſtudia, noſtra debet induſtria: maiorem decet honeſti rationem habere, ducere, quam utilitatis.

Non è honeſto, non è ragioneuole, non è ragione, non è il douere, non è conueneuole, non ſta bene, non è ben fatto, l'honeſto non comporta, la ragione non permette, che tu abbandoni tuo padre tra tanti ſuoi diſagi, di pouerta, malatia, uecchiezza.

Deſeri a te, deſtitui patrem, tot affectum, incommodis, inopiae, ualetudinis, ſenectutis, minime honeſtum eſt, haud aequum eſt, haud par eſt, minime rationi conſentaneum eſt, non decet, non conuenit, non oportet, ius non eſt, fas non eſt, nefas eſt, iniquum eſt, flagitium eſt, criminis eſt, turpe eſt, ut parentem deſeras afflictum inopia, morbo, ſenectute, in ſummis conſtitutum difficultatibus, inopiae, ualetudinis, ſenectutis, honeſtum non fert, non patitur, ratio non concedit, non permittit: ſi patrem deſtitues, culpam committes, flagitium facies, flagitioſe facies, inique, iniuſte, inhoneſte, turpiter, improbe, praeter honeſtum, aequum, ius, contra honeſtum, aequum, ius, non, ut honeſtum ſuadet, non, ut aequum eſt, ius eſt, par eſt, decet, conuenit.

Honorare.

Lodo il tuo coſtume, di honorare, riuerire, oſſeruare, hauere in grado piu toſto i uirtuoſi, che i ricchi; portar honore, riuerenza, oſſeruanza, ri-

ſpetto a coloro, che uirtu poſſeggono, non a quelli, che de' beni della fortuna abondano.

Placet mihi, probatur, ualde ſatisfacit, mos, & conſuetudo tua, laudem tuae conſuetudini tribuo, quod eos colas, uerearis, obſerues, in honore habeas, honore, obſeruantia, ſtudio proſequaris, honore afficias, obſeruantia colas, quod ijs honorem habeas, tribuas, praeſtes, obſeruãtiam, ac ſtudiũ praeſtes, qui uirtute potius, quam diuitijs abundant, excellunt, eminent, ualent, qui ſunt a uirtute paratiores, quam diuitijs, quos uirtus potius, quam diuitiae, commendant, qui uirtutem magis, quam fortunas, poßident.

Honore.

Benche io ti conoſca nell'amicitia poco ſtabile; nondimeno ti honorero, procaccierò l'honor tuo con quãti modi potrò, ogni mia cura nell'honor tuo, nell'accreſcerti riputatione, nel procacciarti honore impieghero, mettero ogni ſtudio, porro ogni diligentia, & induſtria, ſaro fauoreuole all'honor tuo.

Etſi te in tuenda, colenda, conſeruanda amicitia ſatis leuem, parũ conſtantem, minus firmum cognoui; a me tamen omnia in te ornamenta proficiſcentur: nullum in te ornando, honeſtando, colendo locum aut tempus, nullum ſtudij genus, officij, obſeruantiae praetermittã; fauebo tuae dignitati, exiſtimationi, honori, nullo non loco, nullo nõ tẽpore, quibuſcunq. rebus potero: cõferã, referã, intendã ad honorem, ac dignitatẽ tuam omnia mea ſtudia,

dia, officia; omnem induſtriam, curam, operam, diligentiam: figam & locabo in tua dignitate omnia mea ſtudia: augebitur, amplificabitnr meo ſtudio tua dignitas: acceßio tibi dignitatis meo ſtudio fiet tuae dignitatis acceßiones meo ſtudio conſequeris: meum ſtudium honori tuo nullo loco deerit.

Duolmi, che ſia offeſo l'honor tuo, che riceua dando, patiſca ingiuria, ſia mal trattato.

Violari tuam dignitatem, imminui offendi, laedi, oppugnari, damno affici, iniurias, pati, detrahi de tua dignitate, minui, adimi, auferri, iacturam fieri tuae dignitatis, iniq. patior.

Io mi rallegro, che ti ueggo eſſer diuenuto e piu honorato, e piu ricco, eſſer creſciuto e di honore, e di robba, eſſerti creſciuto l'honore parimente e la robba, hauer fatto acquiſto e di honore, e di robba, eſſere uenuto in maggior grado, in maggior pregio, ſalito a maggior riputatione, a piu alto grado di honore.

Laetor, quod magnas tibi tum fortunae, tum dignitatis acceßione uideo eſſe factas: multum & ad fortunam, & ad dignitatem tuam acceßiſſe, additum eſſe; tum fortunam, tum dignitatem tuã magnopere creuiſſe, auctam eſſe, amplificatã eſſe, ualde te fortuna ſimul & dignitate auctum: quod tua ſit dignitas illuſtrior, domeſtica res amplior, quod & honore magis, quam antea, florere, & abundare coeperis fortunae bonis, uehementer gaudeo.

Il primo ricordo, che io ti do, ſi è queſto, che tu habbi cura dell'honore in tutte le coſe, tu miri all'ho-

nore, tu ti proponga, metta inanti a gli occhi l'honore, niuna cosa tu operi, niuna pensi, che non sia con l'honore congiunta.

Hoc primum te moneo, ut referas omnia ad dignitatem, propositum decus tibi sit ante omnia, dignitati seruias, dignitatem spectes, sequaris, dignitatis rationem habeas, nihil cogites a dignitate seiunctum, nihil alienum a dignitate, nihil non cum dignitate, non cum dignitate coniunctum, tuorum consiliorum, tuarum actionum finis, terminus, scopus honor sit: prima tibi sit, praecipua, antiquissima dignitatis cura.

Se, come hai cominciato, seguirai, otterrai i primi honori della nostra republica, sarai rimunerato, premiato co' primi honori, premio della tua uirtu saranno i primi honori, salirai a piu alti gradi di honore, ti aprirai la uia a quelli honori, che maggiori la nostra republica puo dare.

Si, ut instituisti perges; si cursum institutum tenebis; si tuam cōsuetudinem seruabis, omnia, quae sunt in republica amplißima, consequeris; praemiū feres tuae uirtutis eximios honores: ad summos honores, ad ea, quae summa sunt in republica, tua te uirtus efferet, extollet: merces tuorum meritorum erit amplißima dignitas: aditum tibi ad maximos honores aperies, patefacies, uiam strues, munies, honorem in republica nullū frustra petes; multi etiā non petenti ultro deferentur.

La pouerta molte uolte non lascia hauere degli hono

ri, chiude la uia a gli honori, uieta l'hauere de gli honori, impediſce il corſo de gli honori, nella uia de gli honori ſi attrauerſa a' uirtuoſi.

Saepe facit inopia, ut honores conſequi non liceat: prohibet, arcet, ſummouet ab honoribus rei familiaris inopia: impedimento egeſtas eſt, quo minus ad ea, quae ſunt in ciuitate ampliſſima, liceat peruenire: aditum ad honores intercludit rei domeſticae difficultas: euntibus ad honores magnas difficultates obijcit, magna impedimenta opponit, uiã obſtruit: obuiam it, occurrit inopia: imparatis a re domeſtica honores obtinere non facile eſt, multi negotij, magni operis eſt: honorum curſum impedit, interrumpit egeſtas: egentib. nõ facilis eſt, non expeditus honorum curſus: non patent honores inopiae,

Humanita.

Niuna uirtu e piu dell'huomo propria, piu conuenneuole all'huomo, che l'umanita.

Ex omnibus uirtutibus nulla eſt, quae magis hominem deceat, magis in hominum conueniat, in hominem cadat, ad hominem pertineat, homini magis propria ſit, quam humanitas: cum omnes uirtutes, tum una in primis homini colenda humanitas eſt: ita decent hominem uirtutes omnes, ut primũ ſibi locum uindicet humanitas: ita colẽdae ſunt, ita expetẽdae, ita diligendae uirtutes oẽs, ut praeter ceteras ãplectẽda ſit humanitas: ĩter oẽs uirtutes una maxime lucet, emĩet, excellit humanitas: quaerẽda

sunt omnes uirtutes, sed humanitati danda in primis opera est: ut Hesperus inter sidera, sic inter uirtutes praecipue fulget humanitas.

Niuno ho conosciuto piu humano di lui: maggior humanita non uidi mai: piu disposto, piu pronto a far seruigio, piu amoreuole, gentile, benigno in fin'hora non ho ritrouato: tale humanita in lui ho prouata, che maggiore in alcuno non conobbi mai.

Qui plus habeat, possideat, ostendat humanitatis, in quo plus humanitatis, plus officij sit, qui sit illi humanitate praeferendus, magis ad humanitatem propendeat, humanitatis laude sit illo prestantior, humanitate magis abundet, illum humanitate uincat, ei praestet, antecellat humanitate, adhuc cognoui neminem: nemo est illo maioris officij, humaniore sensu, officij studiosior, in officio diligentior.

I

IGNOBILE.

Molto sono ignobili, uili, oscuri di stirpe, di bassa condicione, di luogo oscuro, ignobilmente, uilmente, oscuramente nati, i quali con la industria s'inalzano, e riceuono splendore dalla uirtu.

Multos infimae condicionis, humillimae sortis, obscuri loci, nulla parentum, aut maiorum laude commendatos, obscuro loco natos, ignobili, obscuro, infimo genere editos extulit, atque illustrauit uirtus: multos generis humilitate iacentes

tes uirtus erexit: nobilitantur, atq. honeſtantur uirtute multi, genere ignobiles, & obſcuri.

Ignoranza.

Non e da marauigliarſi, ſe ſpeſſo pecca, chi e piu di tutti ignorante, che ſa meno di tutti, chi e di tutti inferiore di ſapere, chi non ha ponto di ſcienza.

Non eſt, cur miremur, ſi ſaepe labitur is, qui eſt omnium imperitiſſimus, maxime rudis, maxime in ſciens, cuius ignorantia, inſcitia, inſcientia ſumma eſt, qui omnes inſcitia uincit, cui neminem inſcitia parem inuenias, quem omnia latent, qui nihil prorſus nouit, omnium rerum ignarus eſt, nihil omnino uidet, nullam partem doctrinae tenet.

E gran uergogna eſſer ignorante, non hauer notitia de' fatti della ſua patria, non ſapere i fatti della ſua patria.

Turpe in primis eſt, dedecus eſt, in patria peregrinari, hoſpitem eſſe in ijs rebus, quae ad patriam pertinent, ea non tenere, ſcientia non comprehendere, uſu, doctrinaq. non percipere, in quibus patriae res agitur.

Impaccio.

Gran diſpiacere ho ſentito, intendendo che coloro ti danno impaccio, trauaglio, diſturbo, moleſtia, a' quali tu hai fatto benefici grandiſſimi.

Valde ſum commotus, cum eos audiui negotium tibi faceſſere, moleſtiam exhibere, moleſtos eſſe, infenſos eſſe, ſolicitudinem inferre, te uexari, iniurias accipere, affici moleſtia ab ijs, de qui

bus ipse bene meritus es maxime, qui summa tibi beneficia debent.

Questa cosa e di grande impaccio, di gran fastidio, nõ e di poca occupatione, non e di leggier cura, non richiede picciola diligenza.

Haec magni negotij res est, admodum operosa, occupationibus non exiguae, eiusmodi, ut curam, ac diligentiam non mediocrem postulet, non leuiter curanda, non frigide, aut languide agenda, tractanda uideatur.

Imparare.

Impariamo molte cose dall'esperienza: l'esperiẽza molte cose c'insegna, ci da notitia di molte cose, ci fa sapere molte cose, e cagione che molte cose impariamo, appariamo, apprendiamo, imprendiamo, conosciamo, intendiamo, e maestra di molte cose, e guida per condurci alla scienza di molte cose: nell esperienza, nella pratica, nell'uso e riposto, dall'esperiẽza, dalla prattica, dall'uso dipende l'intelligẽza, la notitia, la cognitione, la scienza, la dottrina di molte cose.

Multa discuntur, percipiuntur ab experientia: multarum rerum scientia, cognitio, intelligentia, doctrina capitur, sumitur, hauritur ab experientia, & usu: multa cognoscuntur experientia duce: multarum rerum magister est usus, multa docet, ostendit, patefacit: uiam aperit usus ad multarum rerum scientiam: erudimur ualde, instruimur, expolimur, ex ignoran-

tiae

tiae tenebris educimur, ad ſcientiam multarum rerum experientia duce peruenimus: multarum rerum ſcientiam conſequimur, experientiam ſecuti, experientia docti, experientia magiſtra.

Impaurire.

Sono alcuni di coſi uile, e coſi debole animo, che impauriſcono per qual ſi uoglia accidente: ſi ſpauentano, temono, riceuano temenza, a' quali ogni coſa da temenza, porge paura, genera ſpauento.

Multos ita puſilli, infirmiq; animi uideas, inuenias, qui ad omnes caſus extimeſcant, pertimeſcāt, timeant, metuant, terreantur, deterreantur, perterreantur, timore commoueantur, metu perturbentur afficiantur, timorem ſuſcipiant: multos, ob infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem animi, quilibet caſus terret, deterret, perterret, perterrefacit, metu afficit, perturbat, in timorem coniicit, ad timorem impellit.

Impazzire.

Impazzi talmente per il dolore, che non ripiglio il ſenno mai piu: cadde nella pazzia, entro, traſcorſe, ſmorri l'intelletto: perde il ſenno, uſci di ſe ſteſſo: diuenne pazzo, forſennato: uſci di mente.

Vi doloris ita inſaniit, ut mentem rectum animi ſenſum, rationem numquam receperit, in perpetuum amiſerit, ad ſanitatem numquam redierit: inſaniae morbo ita eſt affectus, in morbum inſaniae ita incidit, ut numquam poſtea conualuerit, ut furorem numquam depoſuerit, ut bonam mentem

numquam

numquam reuocauerit, at a furore, a dementia nũquam se ad sanitatem retulerit: ita discesit a mente, ita mentem perdidit, ut illum nemo postea ratione praeditum uiderit.

Impedimento.

Io sono così spesso uisitato da gli amici, che mi manca tempo per studiare: le uisite de gli amici m'impediscono gli studi, mi sono d'impedimento, mi danno, porgono, apportano, recano impedimento, talmente mi tengono occupato, che in tutto il giorno non ho hora libera per gli studi: gli amici col uisitarmi spesso mi uietano l'attendere a gli studi, mi priuano del commercio de gli studi, mi tolgono ogni liberta, & ogni potestà di studiare, mi rimouono da gli studi.

Crebrae amicorum salutationes ita me interpellant, ut prorsus me a studijs abducant, auocent, abstrahant, abripiant, auellant, amoueant; omnem prorsus colendi studia facultatem potestatem frequentes amicorum salutationes eripiunt, nullam mihi studidiorum copiam, nullam ad colenda studia, ad tractandas litteras uacuam horam, nullum liberum tempus relinquunt: fit salutationibus amicorum adeuntium ad me, uentitantium ad me amicorum officio, ut spatij nihil habeam ad animum litteris excolendum, ad ingenium studijs exercendũ: ita sũ occupatus, occupationis habeo tantum in excipiendis ijs, qui ad me officij caussa adeunt, ut otij nihil supersit ad studia litterarum tractanda, ut

nullam

nullam diei partem arbitratu meo in ſtudijs pone-re, ad ſtudia conferre liceat.

Imperatore.

L'Imperatore ha rimoſſo ogni penſiero dalle guerre.

Omnem cogitationem, omnia conſilia, mentem prorſus omnem a bellis auocauit, abduxit imperator, is, qui nomine imperatoris inſignitur, imperatoris titulo decoratur, imperatoris eximia dignitate fungitur, imperium in omnes habet, cuius imperium eſt, cui poteſtas eſt, atq. ius imperandi.

Imperio.

Sotto l'imperio Romano in poco tempo uennero molti paeſi, il popolo Romano in poco tempo s'inſignori di molti paeſi, ſoggiogo, riduſſe in ſua poteſta molti paeſi: uennero ſotto la ſignoria di Roma, in poteſta del popolo Romano molte nationi in breue ſpatio di tempo.

Multis regionibus breui auctum eſt imperium Romanum: multarum regionum acceſſio facta eſt ad imperium Romanum: multae regiones inditionem uenerunt, in poteſtatem redactae ſunt, ſubactae ſunt, ad imperium acceſſerunt, additae ſunt, adiunctae ſunt, iura, poteſtatemq. ſubierunt populi Romani.

Imporre.

Tu hai per coſtume d'impormi alcune coſe troppo graui: tu mi cõmetti coſe, le quali malamẽte poſſo ſoſtenere: mi dai carico di coſe troppo dure, e troppo difficili: mi comandi coſe, che ſono ſopra le mie forze.

Soles

Soles ea mihi imponere, quae sustinere uix possum: ea imperas, praecipis, iubes, mandas, committis, quae uires meas exsuperant, quae praestare, perficere, exsequi uix possim, magni negotij est, summae difficultatis, operae non exiguae, ad exitum ea perducere, quae in mandatis a te habeo: dura nimis, grauia, difficilia mihi imperas.

Importanza.

Questa e tutta l'importanza: questo e quello, che rilieua, importa, monta piu di tutto: in questo consiste il tutto, e riposto ogni cosa: di qua ogni cosa dipende.

Hoc rem continet: in hoc tota res agitur: in hoc sunt omnia, sita sunt, posita, collocata, constituta: ex hoc omnia pendent, hoc interest in omnes partes, ualet in omnes partes: hoc tanti est, eius ponderis est, eiusmodi est, ut omnia comprehendat, complectatur.

Questo a te niente importa, niente rilieua, non e di ueruna importanza, & a me importa molto.

Hoc tua nullam in partem interest, mea multũ; tua minimum refert, mea plurimum; ad te nihil, ad me ualde pertinet: tua res in hoc nulla, mea uero agitur maxima: hoc ad tuas res momenti nihil habet, uim nullam habet, minimum ualet, ad meas ualet in omnes partes, multum interest, refert, multum habet ponderis.

Impresa.

Coloro, iquali a grande impresa si mettono, meritano

no di eſſere lodati, quantunque non rieſca loro il penſiero: nelle honorate e nobili impreſe, benche l'effetto non ſucceda, lode pero ſi merita: e coſa bella, honorata, degna di lode, nelle magnanime impreſe ottenere il primo, o il ſecondo luogo, ſe il terzo non ſi puo.

Qui facinus egregium aggrediuntur, ijs, etiam ſi non ſuccedat, laus tamen aliqua debetur: qui ad res praeclaras animum adijciunt, animum adiungunt, ſeſe applicant, ſua ſtudia conferunt, praeclaris in rebus induſtriam ſuam exercent, operam ponunt; ij, uel ſi ſpem fortuna fruſtretur, fallat, uel ſi ſpei exitus non reſpondeat, ut id, quod uelint, minus aſſequantur, ut, quo ſpectant, minime perueniant, omni tamen excludendi laude non ſunt, aliqua tamen eos ornari laude aequum eſt: magna ſuſcipientibus, ad res egregias, nobiles, praeclaras, eximias aggredientibus, uel ſi fruſtra labor ſuſcipiatur, inanis opera ſit, non plane feliciter, non proſpere, non optime, non omnino ex animi ſententia res cadat, habēdus tamen honor eſt: praeclara conantes, in ſecundis, tertijsq., ſi conſequi prima non liceat conſiſtere laus eſt: qui ad ſummam gloriam ſuae uitae curſum dirigunt, qui ſumma petunt, ad ſumma contendunt, etiam ſi ſpe fruſtrentur, etiam ſi, quo intenderint, non peruenian̄t, etiam ſi metā non attingant, eſt tamen cur laudentur, non ſunt omni prorſus laude ſummouendi, decus aliquod, mercedem uoluntatis, egregiae, magni,

praeſtantis

praestantis, excellentis, excelsi, erecti animi praemium ferre debent.

Considera bene a quanto grande impresa tu ti metta, quanto difficil cosa tu pigli ad operare, a sostenere, sotto a che graue peso tu ti ponga.

Etiam atque etiam uide, quantum facinus conere: animaduerte quid suscipias, quid sustinere poßis, quam graui subeas oneri, quantum tibi oneris imponas, quantam ineas rem, cuius difficultatis, cuius industriae, cuius operae sit, quam difficile, durum, spissum, laboriosum, operosum, quātum industriae, quam facultatem, quas uires, quos neruos, quantum roboris postulet id, quod conaris, moliris, tentas, institutis, suscipis, aggrederis.

In questa impresa mettero tutte le mie forze.

In arcem huius caussae inuadam, totis uiribus, toto pectore contendam.

E cosa di grande oratore, inalzare le cose baße, e dar lume alle oscure.

Magni oratoris est, humilia tollere, efferre ea, quae iacere uidentur, excitare, atq. erigere, obscuris dare lucem, splendorem afferre: obscura illustrare.

Inalzare.

Tu inalzerai il tuo nome con la liberalita: in alto e sublime luogo la tua lode porrai: a somma lode uerrai.

Tuum nomen liberalitate extolles, efferes: tuam laudem excelso, sublimiq. in loco, atq. in illustri

illuſtri quadam ſpecula liberalitatis conſtituet, collocabit: ad ſummam laudem, ad ſumma, ducem ſecutus liberalitem, duce, liberalite, peruenies.

Incendio.

Queſta notte e ſuſcitato un grande incendio, gran fuoco e acceſo.

Hac nocte non mediocre excitatum eſt incendiū, uehemens ignis eſt accenſus, aedes multae conflagrarunt, combuſtae ſunt, igni corruptae ſunt, conſumptae, abſumptae: grauis admodum periculi, ſummi damni exorta flamma eſt.

Inciampare.

Chi e, che non inciampi, non intoppi, e non cada nella tanto difficile, e tanto incerta uia del mondo?

Quis eſt, qui non offendat, non labatur in tam difficili, tamq. lubrica rerum humanarum uia? cui timenda offenſio non eſt? cuinam effugere, ac uitare offenſionem licet. quis ad offenſionem praeſtare ſibi quidquam poſſit.

Inclinato.

Da molti ſegni ho compreſo, che tu ſei inclinato naturalmente, che la tua natura t'inclina, ti conduce, per natura tu pendi nel brutto uitio dell'auaritia.

Multis argumentis inclinatum, ac natura propenſum te ad turpiſſimum & exſecrabile uitium auaritiae, indicaui: quod multis argumentis potuerim conijcere, colligere, intelligere, ſuſpicari,

ad

ad auaritiae uitium natura propendes tua, te ad auaritiam natura ducit, auaritiae studiosus es hortante natura, naturali quodam studio ad auaritiam inclinas, sequeris auaritiam quadam naturae inductione.

Incolpare.

Tu lo incolpi a torto: tu l'accusi senza sua colpa: colpe uole il fai senza cagione.

Accusas, culpas immerentem: expertem culpae, uacuum a culpa, remotum a culpa damnas, in iudicium uocas, reum facis, persequeris, uitio tribuis, uitio uertis, fraudi das immerenti, ei, qui culpam non commisit, culpae sibi conscius non est: confers culpam in expertem criminis, insontem, immerentem, innoxium: exagitas illum, in culpam uocas, in infamiam uocas, adducis, iniuste, sine caussa, iniuria, immerito, contra quam ius est.

Incominciare.

Tu non hai fornita tutta l'opera, anzi l'hai solamente inconminciata, le hai dato principio, a pena ui sei entrato.

Opus non modo non perfectum, confectum, absolutum, ad unguem factum, sed inchoatum, ac rude reliquisti: tantum abes a perfectione operis, ut principia uix appareant: tantum abest, ut opus ad finem perduxeris, ut minimum ultra principia processeris, ut in ipsis paene principijs constiteris, haeseris: uix opus instituisti, uix aggressus es: operis initium fecisti, a fine autem longe distas, tam

tu quidem habes inſtitutam, ſed perpolitio requiritur: inſtituta res eſt, non perpolita: operis tu quidem fundamenta iecisti, faſtigium adhuc tamen nullum uidemus, nullum extat.

Incomportabile.

Soſtengo dolore incomportabile, inſopportabile, intolerabile, il piu graue del mondo, tale, che comportare, ſopportare, tolerare, ſoſtenere non ſi puo, reggere a coſi duro affanno, reſiſtere a coſi fiera paſſione non ſi puo.

Tantum doloris, ſolicitudinis, acerbitatis ſuſtineo, quantum ferri uix poßit: ferendo dolori non ſum: impar dolori ſum: impares dolori uires meae ſunt, ad dolorem infirmae, dolore franguntur, uim doloris minime ſuſtinent: roboris in me tantum non eſt, ut acerbitatem tam grauem queam perpeti.

Inconſiderato.

Troppo inconſiderato ti conoſco, troppo imprudente, priuo di conſiglio, ſenza ragione, temerario.

Nimium te inconſideratum, imprudentem, expertem conſilij, inopem conſilij, expertem rationis, inopem rationis, auerſum a ratione, propenſum ad temeritatem, immoderati ſenſus, praecipitis conſilij, nimis in agendo praecipitem, inſipientem, ſtultum cognoui.

Inconſtante.

Non penſo di douer eſſer tenuto inconſtante, ſe non ho uoluto far beneficio ad un'huomo coſi ingrato non

temo il nome, e la fama dell'inconstanza: non credo douere essere notato di leggierezza, d'instabilità, di animo poco fermo, che mi debba esser attribuito ad inconstanza.

Non puto mihi famam inconstantiae pertimescendam, si tam ingratum hominem; tam immemorem officij, prosequi nouis officijs nolui: non uereor, ne quis mihi tribuat, adscribat, asignet inconstantiae, leuitati; ne quis in me inconstantis animi, leuis, mobilis, instabilis, parum firmi uitium conferat; ne quis mihi notam inurat inconstantiae; ne inconstantiae nomine male audiam, suspectus sim, ne accuser, quasi parum in officio constans, quasi discesserim a pristina consuetudine, quasi desciuerim a me ipso.

Incontanente.

Incontanente, immantinente, di subito, subito, subitamente, senza indugio, senza dimora, senza metter tempo di mezzo, senza porui tempo, senza tardanza, senza allungare la cosa, presto, prestamente, tosto, tostamente, rattamente. benche pare che questi due ultimi habbino troppo del Toscano. Vedi il latino nella parola Subitamente.

Incontrare, per andare incontro.

Anderò ad incontrarlo, gli anderò incontro, per satisfare il debito dell'amicitia.

Obuiam ibo, obuiam procedam, occurram, ut officium amicitiae debitum persoluam, ut id praestem, quod amicitia postulat.

Incre-

Incredibile.

Questa cosa non e credibile, non e da credere, non e degna di essere creduta, non e tale, che si debba, o possa credere, che sia da darle credẽza, sia d'hauerle fede, non ha simiglianza di uero, ha sembianza di menzogna.

Credibile non est: credendum non est: non est ut credatur, ut credi posśit, ut habẽda fides uideatur: fidem superat: uerisimile non est: mendacium uidetur: mendaciј speciem habet: mendacium praeseфert: ueritatis imaginem nullam ostendit: eiusmodi est, ut fide careat, ut adiungi fides nulla posśit.

Increscere.

M'incresce di esser uiuo, poi che morte mi ha tolto chi di ogni allegrezza mi era cagione: emmi graue la uita: pesami la uita: mi spiace di eßer uiuo: la uita mi e noiosa.

Vitae me tedet: uitam fastidio: uitam mihi acerbam puto: acerbe uiuo: molesta, grauis, amara prorsus mihi uita est: aegerrime, molestißime, prorsus misere uiuo; quando mihi mors eum eripuit, ex quo mea gaudia, meae laetitiae manabant omnes.

Incrudelire.

Non e mai da incrudelire uerso i figliuoli: non è da usar crudelta uerso i figliuoli: niuna ragione puo difendere quella crudelta, che contro a'figliuoli si adopera.

Saeuire in filios, saeuitiam aduersus filios exercere, crudeliter agere cũ filijs numquam debemus:

tanti esse nihil debet, ut crudeles in liberos simus, ut crudeles nos liberi nostri experiantur: si quid agitur cum filijs, crudelitas absit, numquam crudelitati locus sit.

Indarno

Hora mi aueggo di essermi affaticato indarno: l'effetto mi dimostra, che non ho bene impiegata l'opera mia, che ho speso male il tempo, ho gittata uia la fatica, uanamente ho sperato, ho fondata la mia speranza sopra deboli ragioni, cieca speranza mi ha guidato, ho seminato in sterile campo, nell'arena.

Nunc me sentio frustra elaborasse, inanem laborem suscepisse, spes meas infirmis, & labantibus fundamentis esse nixas; me ducem habuisse, ducem secutum esse, incertam caecamq. spem, arido solo, infructuoso campo, arenae semina commisisse, mandasse: imprudentiam consilij mei exitus rei mihi declarat: spe sum deceptus: ductus sum inani studio laterem laui: operam male posui: oleum & operam perdidi: studium inutiliter consumpsi, locaui, posui.

Indebolire.

Il tuo uiuere poco regolato, e dissoluto ti ha indebolite le forze del corpo: deboli sono diuenute le forze del tuo corpo per la poco regolata maniera del uiuere: l'intemperanza del uiuere le forze del corpo ti ha tolte, ha diminuite, sminuite, scemate, ti ha leuato parte delle tue forze, della tua gagliardia,

del

del tuo uigore, della tua uigoroſita, men gagliardo, men robuſto, men forte, men poſſente, men uigoroſo ti ha renduto: ſono ſcemate le tue forze per il uiuere troppo diſordinato, licentioſo, ſmoderato.

Vires corporis tibi minuit, diminuit, imminuit, comminuit, infirmauit, debilitauit, ademit, abſtulit, afflixit uitae ratio minime moderata, incontinentia, intemperantia, nequitia, luxus, libido: uita immoderate, incontinenter, intemperanter, diſſolute, nequiter, ſine modo, luxurioſe traducta, ad infirmitatem, ad imbecillitatem, tenuitatem, corporis te redegit, adduxit, minus te firmum, minus ualidum, minus ualentem, minus robuſtum, infirmiorem, imbecilliorem reddidit.

Indegno.

Tu ſei indegno, non meriti di eſſer lodato: non hai operato di maniera, tali non ſono i tuoi meriti, che tu debba eſſere con lode eſſaltato.

Laude indignus es: indignũ te laude praebuiſti, oſtẽdiſti: nõ eũ te praebuiſti, praeſtitiſti, oſtendiſti, probaſti, non ita egiſti, non ita te geſſiſti, non ea geſſiſti, non ea tuae uitae ratio fuit, non eiuſmodi ſunt merita tua, nõ te talẽ uidimus, cognouimus, ſenſimus, experti ſumus, non is nobis cognitus es, ut afficiẽdus, ornãdus, decorãdus, honeſtãdus, efferẽdus, extollendus laude ſis; ut laus in te cõueniat, tibi debeatur: ut laudis praemiũ, quaſi tibi debitũ, poſſis exigere, ut laus, quaſi tuis meritis debita merces, perſoluẽda tibi eſſe, tribuẽda, aeferenda uideatur,

Indigestione.

La indigestione molti giouani conduce a morte, periscono molti giouani per il troppo mangiare, per la troppa copia del cibo, per non digerire il troppo cibo.

Multos adolescentes conficit, perdit, immatura morte afficit cruditas, crapula, immoderata, dissoluta uictus ratio: largiore, uberiore, pleniore cibo utuntur adolescentes, quam ut stomachus digerere, ferre, sustinere possit, quam ut uitae conducat: id quod saepe illis immaturae mortis caussam attulit.

Indiscreto.

Non riusci nella corte di Roma, per esser huomo indiscreto, inconsiderato, poco moderato, poco modesto, di poco giudicio, di poca prudenza, poco senno, poca ragione, temerario.

Locum in aula Romana non habuit, locus ei non fuit, ob immodestiã, impudentiã, temeritatẽ, imprudentiam, immoderatã uitae rationẽ, quia parũ modestus est, non satis modeste uiuit, modestia, modo, ratione non utitur, modestiam ignorat, longe abest a modestia, parum modestis est moribus, de modestia nihil laborat, nullum ei modestiae studium est, expers est modestiae, iudicij, prudentiae, rationis, temere agit, imprudenter, sine ratione, sine modo, immoderate, immodice, inconsiderate, inconsulte, prorsus sine consilio: quia inconsultus est, temerarius

rius, imprudens, inconsideratus, immoderatus, immodestus, immodicus.

Indouinare.

Non e da ragionare intorno a cose, lequali indouinare, antiuedere non si possono, alle quali arriuare col pensiero, con l'imaginatione, col discorso dell'intelletto non si puo, l'auuenimento delle quali e dubioso, incerto, oscuro, occulto, non si puo sapere, delle quali niuno puo sapere, imaginare, discernere quello che s'habbi da essere, da seguire, da succere, accadere, auuenire, non si puo sapere l'auuenimento, il fine, gli accidenti l'ultimo effetto.

Abstinendum est earum rerum sermone, omittendus est, dimittendus, praetermittendus, abijciendus earum rerum sermo, suscipiendus, inducendus, habendus ijs de reb us sermo non est, quae positae non sunt in coniectura, minime a coniectura pendent, a coniectura procul absunt, extra coniecturam sunt, quas coniectura ante capere, praecipere, prospicere, prouidere, assequi, conijcere, coniectare, augurari, diuinare non licet: quae sunt eiusmodi, ut eas uaticinari, ad eas coniectura propius accedere, de ijs certo conijcere, certam coniecturam facere, certus uates esse, coniector esse nemo possit, de quibus difficilis admodum coniectura, incerta, & obscura diuinatio, obscurum augurium est, in quibus quid futurum sit, euenturum, quid afferre, parere dies, casus, fortuna, rors possit, suspicari non licet.

Indugiare.

Non poßo piu induziare, dar indugio alla cosa, dimorare, far dimoro, dimoranza, dimore, tardare, ritardare, prendere alcun'indugio, allungare, prolūgare, menar in lungo, metter tempo, piu oltre aſpettare.

Morari diutius, moram facere, moram interponere, procraſtinari, differre, diem ducere, referre me in aliud tempus, rem proferre, ducere, producere, protrudere protrahere, extrahere, in aliud tempus reſeruare non poſſum.

Indugio.

Senza ueruno indugio mi porro alla impreſa, ſenza troppo indugio, ſenza dar alcun'indugio all'opera, ſenza dimora, dimoro, dimoranza, ſenza tardanza, preſtamente, toſto.

Rem aggrediar ſine mora, abſq. mora, ſtatim, confeſtim, e ueſtigio, nulla mora facta.

A queſta copia ſi puo aggiugnere quella, che e poſta ſotto la parola, Incontanente.

Indurſi.

Io non potro mai indurmi, diſpormi all'andare a parlargli. non potro ottenere dal mio animo, impetrare da me ſteſſo, durero gran difficulta, ſoſterro molta fatica, difficil coſa, e molto laborioſa mi ſara l'andare a parlargli.

Vt illum adeam, ad illum accedā, ad illū me conferā, illū alloquar, ſermonem cum illo habeā, illius uultū ſubeam, adduci nūquam potero, impetrare a

me

me non potero, impetrare mihi non potero, perſuadere ipſe mihi non potero, neque adduci mea ſponte, neque ulla impelli ratione potero: nihil mihi difficilius, laborioſius, moleſtius, nihil maioris negotij, quam ut cum illo ſermonem iungam; ut illi ſermonem edem.

Infamia.

Tu cerchi d'infamarmi, di generarmi un brutto nome; di pormi in infamia grande, di macular l'honor mio con eterna infamia, uituperarmi per ſempre, rendermi infame in tutti i giorni di mia uita.

Vehementer ſtudes de mea fama detrahere, meam famam laedere, detrimento afficere, obeſſe, nocere, officere meae famae: id agis, ut aeternas mihi infamiae notas inuras, ut ijs meum nomen ſordibus, ijs maculis afficias, inficias, inquines, inſpergas, eas meo nomini ſordes, eas maculas inijcias, inſpergas, inferas, quas nulla dies, nulla deinde res poſſit eluere, abſtergere, auferre, delere: tuum conſilium tuum, ſtudium illud eſt, ut me in omne tempus, in omnes annos, in omnes meae uitae dies, in perpetuum infamem reddas, infamia notes, infamiae tradas, id ſpectas, ut perpetuo male audiam, perpetuam in infamiam adducar, aeterna ut infamia flagrem, laborem; ut in ſordibus infamiae numquam non iaceam, ut perpetua uerſer in infamia.

Infelice.

Molti credono di eſſer infelici, perche ſono poueri: molti, per eſſere in ſtato di pouerta, ſi danno a credere

di eſſere

d'eſſere infelici, sfortunati, ſuenturati, da tutte le miſerie oppreßi, a tutte le ſciagure ſoggetti, in ſomma diſgratia della fortuna, nel colmo di tutti i mali.

Videre licet multos, qui ſe credant, quia laborant inopia, egeſtate premuntur, in ſumma infelicitate uerſari, conſtitutos eſſe, peßime fortunatos eſſe, afflicta penitus fortuna eſſe, miſerrimae condicionis eſſe, omnibus malis affligi, omnibus miſerijs opprimi, omnibus infortunijs uexari, ſe redactos eſſe ad ſummam infelicitatem, prorſus infeliciter, miſerrime, peßime ſecum agi, ſuas rationes, ſuas fortunas peßimo loco eſſe, afflictas, euerſas, perditas eſſe, fortuna ſe iniquißima, aduerſa, graui, infenſa in primis uti.

Io nacqui per non hauer mai bene, per eſſer ſempre miſero, per guſtare a tutte l'hore un'amarißima fortuna, per ſoſtenere tutte le angoſcie, prouare tutti i mali.

Fatum hoc meum eſt, ut miſerrima quaequae ſuſtineam: haec mihi naſcenti dicta lex eſt, ea uideor condicione natus, ut amarißimam fortunam in omni uita deguſtem, nihil ut boni uideam in uita, nihil ut mali non ſubeam, ſuſtineam, perferam.

Infermaſi.

Tanta fatica nel uiaggio ſoſtenne, che infermo di graue malatia, amalo grauemente, cade in pericoloſa infirmità, fu da graue malatia aſſalito, ſopragiunto, mortal malatia gli ſopravenne.

Itineris

Itineris laborem ita grauem ſenſit, expertus eſt itineris labore ita eſt affectus, defatigatus, fractus ut in grauẽ inciderit morbum, ut morbo ſit affectus difficillimo, ut aegrotauerit periculoſe, dubia uitae ſpe: labor itineris ita grauiter eum affecit, affli xit, ut morbi cauſſam attulerit & eius morbi, qui uitam in diſcrimen adduceret, in quo de uita prorſus ageretur, uita ueniret in dubium.

Ingannare.

Come ſi auidde eſſere ingannato, colto al laccio, nella rete preſo, come l'inganno conobbe, la frode ſcoperſe, uolle ucciderſi.

Vbi ſe fraudatum: in fraudem inductum fraude circumuentum, irretitum, captum, deceptum, fictis uerbis inductum, fallacijs a ueritate abductũ ſenſit, intellexit, uidit, cognouit; ubi fraus illi patuit, manifeſtae fallaciae fuerunt, patefactus dolus; ipſe ſibi manus afferre conatus eſt, uoluntariam ſibi mortem inferre, conſciſcere, uoluntaria morte uitam abrumpere.

Inganno.

Hauendo tu conoſciuto per eſperienza la natura mia, non dei credere ch'io ſia perſona da far inganno o frode, doureſti credere, che da me ogni frode ſia lontana, ch'io ſia huomo di ſincera fede, di ſchietta e diritta mente.

Cum ingenium meum re perſpexeris, cognoueris, expertus ſis: uſu perſpectum habeas, ipſa re co gnitum,

gnitum, nihil in me insidiosum, aut fallax debes agnoscere: abesse me ab omni dolo, omniq. fraude, minime dolosum, astutum, insidiosum, fraudulentum, nectiendis fraudibus, parandis dolis, struendis insidijs assuetum, sinceri animi, simplicis ingenij, apertae uoluntatis, rectae mentis, alienum ab arte simulandi, fraudandi, fallendi, decipiendi.

Ingegnarsi.

Ingegnati, metti studio, assottiglia l'ingegno tuo, per trouare la uia di ristorarti di cotanto danno.

Ingenium intende, adhibe, confer huc, in hanc unam curam; intende aciem ingenij tui, acue tuum ingenium, ut aliquam tam grauis damni sarciendi rationem ineas, ut, quod accepisti, damnum aliqua re compensetur.

Ingegno.

Io ti giudico di grande ingegno, e tale, che maggiore non possa ritrouarsi; la natura ti ha dotato di eccellente ingegno; d'ingegno poco ti agguagliano; niuno t'auãza; non ho ueduto ingegno simile al tuo; l'ingegno tuo e senza paragone, senza essempio, estraordinario; tu accresci l'ingegno con lo studio.

De ingenij tui praestantia, ui, acie ita statuo, neminẽ anteferri tibi posse, paucos admodũ conferri: excellere te ingenio, praestare, florere, ualere, uel omnibus antecellere, uel certe nemini concedere iudico, acutissimum esse aciẽ ingenij tui, egregio te a natura instructũ ingenio, minime te esse hebetẽ ad id, quod melius sit, intelligendũ: eã esse ingenij tui aciem,

aciem, nihil non ut non uideas, aſſequaris facile in telligas, ſcientia comprehendas: ingenij tantum in te duco eſſe, quantum eſſe poteſt plurimum: ingenium in te ſentio eſſe ſummum, eximium, egregium non mediocre, non uulgare, non quale multis contingit, exquiſitum, rarum, ſingulare, praeſtans, acu tiſsimum, plane diuinum: acutum ingenium etiam arte limas.

Ingiuria.

Se io ti haueſſi fatto alcuna ingiuria, haureſti ragio ne di trattarmi a queſto modo: ſe io ti haueſſi fat to alcun torto, in alcuna coſa ti haueſſi offeſo, ſe tu haueſſi da me riceuuto alcuna ingiuria, foſſi ſta to punto ingiuriato da mè, con alcuna ingiuria pro uocato.

Iure haec in me conferres, ſi quando ipſe tecum iniquius egiſſem, iniquior tibi fuiſſem, iniurius tibi fuiſſem, iniurioſus in te fuiſſem, iniurioſius te tractaſſem, iniuriam tibi feciſſem, intuliſſem, impoſuiſ ſem, obtuliſſem, ſi te aliqua affeciſſem iniuria, ſi a me accepiſſes iniuriam, tuliſſes iniuriam, ſi me iniu rium, iniurioſum, iniquũ, grauem, tuis cõmodis ad uerſum, infenſum tibi ſenſiſſes, cognouiſſes, expertus eſſes: ſi qua re te laeſiſſem, tuus eſſet animus a me offenſus, moleſtiam aliquã accepiſſet: ſi de tuis cõmodis aliquando detraxiſſem, tuis commodis ob fuiſſem, obſtitiſſem, aduerſatus eſſem: ſi qua eſſes a me laceſſitus iniuria, prouocatus, commotus.

Sono huomo da renderti le ingiurie, che mi hai fat- to, da

to, da renderti il cambio, da ricambiarti, da opera re altrettanto contro a te.

Facile idem reponam: is sum, qui referre iniuriã facile poßim, par pari referre, aeque te tracta re: ferre a me, quod intulisti: impune tibi non erit, quod iniuria me affeceris: impunita non erit iniuria tua, inulta non erit, inulta non relinquetur: ulciscar iniurias tuas: memorem iniuriae me senties, experieris.

Ingordo.

E' proprio della natura de' fanciulli, l'essere troppo ingordo.

Puerorum hoc est, auidius appetere, ut ad appetendum procliuiores sint, ut eos ab appetendo ratio non satis arceat, contineat, ut in appetendo nimis afferantur, minime sibi temperent, sibi moderentur, sibi parcant.

Ingrassare.

Se tu non ti moderi nel mangiare, non ti astieni dalla copia de' cibi, non ti temperi nel uiuere, troppo ingrasserai, troppa carne metterai, diuerrai troppo grasso, a troppa grassezza ti condurrai.

Nisi cibo parcas, a cibo abstineas, cibum minuas, de cibo detrahas, tibi temperes, modereris in cibis, nisi cibo parcius utare; pinguior euades, quam satis est, nimium pinguesces, nimiam pinguedinem indues, lenior fies, obesior fies, nimia pingue dine laborabis.

Ingratitudine.

Ho molto in odio l'ingratitudine: niun peccato piu, che l'esser ingrato, mi dispiace: l'ingratitudine mi e in grandißimo odio.

Vitium ingrati animi peßime odi: nullam odiosius mihi crimen est ingrati animi culpa: cum omnia crimina, tum uero praetermissae gratiae, neglecti officij culpa grauis admodum, molesta, odiosa mihi est: nullum hominum genus acerbius odi, peius odi, acerbiore insector odio, quam qui gratiam bene meritis non referunt, qui de gratia referenda minimum cogitant, parum laborant.

Tu non fai quello, che io ho fatto per te: ti porti ingratamente: trascorri nel uitio dell'ingratitudine: uerso me: malamente mi rimuneri: non mi rendi il cambio.

Meis in te meritis non respondes: gratiam non refers: non soluis id, quod debes: officia mea tuis officijs non compensas: gratiam non reddis: officiũ non praestas: ingrate agis: ingratum te praebes: officium in te requiro, desidero: gratiam a te non fero: mea erga te non imitaris officia.

Inhumano.

Egli e il piu inhumano huomo del mondo: maggior inhumanita di quella, che in lui si uede, non puo ritrouarsi: men cortese di lui, meno amoreuole, men disposto a far piacere niuno e.

Omnis officij & humanitatis expers est longe abest

abest ab officio, & humanitate: prorsus humanitatem ignorat: ab humanitate remotissimus est: nihil possidet humanitatis: minime omnium humanitatem colit, diligit, exercet.

Inimicitia.

Entrerai in grande inimicitia: genererai odio grande contro a te: aspra nimista ti nascerà: ti sarà portato odio capitale.

Graues suscipies inimicitias, subibis, adibis; uenies ad inimicitias: graue odium aduersus te concitabis: grandae tibi erunt inimicitiae: odium subibis acerbissimum: habebis qui tibi uehementer infensi sint: incurres in odium capitale: excitabitur odium aduersus te, crcabitur: in odium uenies: odium suscipies: odium in te conuertes.

Inimicitia lasciata.

Non siamo piu nimici: siamo ritornati in amicitia.

Inimicitias deposuimus: in gratiam redijmus: reconciliati sumus: odia dimisimus, abiecimus, deposuimus.

Inimico.

Non mi e troppo amico: non ha buon animo: e di mal talento uerso me.

Aequissimus mihi non est, paullo iniquior in me iniquiore animo erga me, animo est in me non satis aequo.

Innocenza.

Son innocente, senza peccato, non colpeuole, non di colpa macchiato: non ho commesso peccato: son da colpa

colpa lontano: della mia innocenza ho per teſtimonio la conſcienza mia.

In me conferenda cauſſa non eſt: culpa uaco: culpam ego non ſuſtineo: expers culpae ſum affinis culpae non ſum: purus a culpa ſum: culpam ignoro: longiſsime abſum a culpa: longe remotus a culpa ſum: tam abſum a culpa, quam qui maxime: culpae mihi non ſum conſcius: extra culpam ſum: in culpa non ſum.

Non ſi puo imparare coſa piu bella.

Nulla eſt hac praeſtantior diſciplina.

Inſegnare.

Inſegna a tuo figliuolo ad eſſer ſimile a te.

Filium tuum imitatione tui uelim erudias: iiſdẽ ſtudiis, quibus ipſe excellis, imbuatur filius tuus: eat filius tuus iiſdem itineribus, quibus ipſe ad ſummam ſcientiae gloriam perueniſti.

Inſignorirſi.

Se tu ſei certo di poter inſignorirti di quel regno, non e da tardare.

Si exploratum tibi eſt, poſſe te illius regni potiri; non eſt cunctandnm.

Inſtanza grande.

Tuo padre me ne ha fatto quella inſtanza, che poteua maggiore.

Pater tuus ita contendit, ut nihil umquam magis.

Tu mi dimandaſti con grande inſtanza.

Singulari ſtudio contendiſti a me.

Cesare dapoi fece ogni instanza.

Caesaris postea mira contentio est consecuta: quo maxime potuit studio Caesar incubuit, enixus est, laborauit.

Intendere.

Ho inteso quel, che di me hai detto.

Perlatus est, delatus est ad me tuus de me sermo.

Intendimento.

Ho inteso.

Allatum est ad me.

Questo e stato il mio disegno.

Consilium meum hoc fuit: hoc spectaui; hoc uolui: id egi.

Intendere senza nominare.

Io intendo di tuo padre, quantunque nol nomino.

Patrem tuum nutu significationeq. appello.

Interesse.

Si tratta dell'interesse, dell'honor tuo.

Tuus honor agitur: honor tuus in discrimen adducitur: de honore periclitaris.

Inuidiare.

Si strugge d'inuidia.

Disrumpitur inuidia.

Gl'inuidiosi dauano a Cicerone grande impaccio.

Valde Ciceronem exercebat inuidia: Ciceroni multum erat cum inuidis negotij.

Iscusare

Se troppo mal di lui ho detto, le sue qualita mi scuseranno.

Si paullo in eum liberius inuectus sum, uindicabit me personae turpitudo.

Isperienza.

Huomo di grande isperienza.

Homo in rebus admodum uersatus, magno rerum usu, in rebus agendis exercitatus.

L

L A G R I M E.

Io piango troppo amaramente.

Conficior lacrymis, sic, ut ferre non poßim.

Lasciar opinione.

Mi e stato forza di lasciare quella mia antica opinione per i peßimi uffici di costoro.

Istorum maleuolentißimis obtrectationibus de uetere illa mea sententia depulsus sum.

E cosa difficile ad un huomo da bene lasciar una buona opinione.

Bono uiro sensum rectum deponere, difficile est.

Leggierezza.

Non pensaua che tu foßi tanto inconstante.

Non ita flexibilem esse tuam uoluntatem putaram.

Lettere amoreuoli.

Tu mi scriui lettere humanißime, e pienißime di amore.

Quas ad me litteras mittis, multo sunt officio re

fertae, multis insignes amoris notis.

Nelle tue lettere chiaramente ho ueduto l'amore che tu mi porti.

Omnis amor tuus ex omnibus se partibus ostendit in tuis litteris.

Lettere da gentilhuomo.

Egli ha ogni sorte di lettere, che a gentilhuomo si con uengono.

Est omni liberali doctrina politissimus.

Lettere fuor di tempo date.

Non mi diede la lettera a tempo.

Epistolam mihi non loco reddidit: reddendae tempus epistolae parum scite obseruauit: tempus epistolae reddendae parum commode cepit.

Lettere grate.

Facilmente ho compreso, che le tue lettere gran piacere gli hanno recato.

Tuae litterae, quod facile intellexerim, ei perincundae fuerunt, summam uoluptatem, laetitiam gaudium, iucunditatem attulerunt: summa eum uoluptate tuae litterae affecerunt, extulerunt, perfuderunt.

Lettere humane, cioe gli studi.

Insin da giouane tu fosti dotto nelle lettere humane.

A pueritia floruisti artibus ijs, quae ab humanitate nomen acceperunt.

Lettere importanti.

Le lettere mie son di tal importanza, che non mi attento di fidarle a persona, che non conosca.

Non

Non eius generis meae litterae ſunt, ut eas au deam temere committere.

Lettere lunghe.

Ti ſcriuero piu a pieno, come hauero alquãto di tẽpo.

Cum otij paullum nactus ero, uberiores a me lit teras expectato.

Lettere rare.

Tu mi ſcriui rare uolte.

Infrequens es in officio ſcribendi: raras a te ac cipio litteras.

Leuar uia un bello eſſempio.

La noſtra patria per tua cagione non hauera quel bel lo eſſempio, che hauerebbe hauuto, di punir gli huomini che cercano le diſcordie ciuili.

Praeclarum exemplum in poſterum uindican- dae ſeditionis de republica ſuſtuliſti.

Liberalita.

Tu non ſei ne liberale, ne ricco.

Neq. benignitas, neq. copiae apud te ſunt.

Liberta.

Se io foſsi in liberta compiutamente.

Si mihi integra omnia, ac libera eſſent, ſi eſſent omnia ſolutiſsima.

Libri di gran prezzo.

La mia libreria uale aſſai.

Multorum nummorum eſt mea bibliotheca.

Libri tenuti in gouerno.

Egli ha hauuto in gouerno i miei libri.

Tractauit meam bibliothecam.

Lingua Greca, e Latina.

Tu sei dottißimo nella Latina, e nella Greca lingua.

Praeclare tenes & quae a Grecis, & quae a nostris prodita sunt: unus optime nosti non nostra, solum, sed etiam Graeciae monumenta omnia.

Litigare.

Due fratelli litigano insieme.

Iudicijs turpibus fratres conflictantur.

Lodare.

Predichero sempre il beneficio, che mi hai fatto.

Tuum beneficium omnibus meis sermonibus illustrabo, efferam, exornabo.

Bruto e lodato, perche si sforzo di rimettere la patria in liberta.

Brutus effertur laudibus, in caelum tollitur, in caelum effertur, laudibus ornatur, illustratur, afficitur, celebratur; Bruto laus tribuitur, impertitur laudi datur; in Brutum laudes conferuntur, quia contendit, ut in pristinam libertatem patriam uindicaret, restitueret.

Catone lodo grandemente quel, che hauea fatto Cicerone:

Cato res Ciceronis ornauit diuinis laudibus, extulit prosecutus est.

Ogniuno ti loda sommamente.

Omnes te summis laudibus extollunt, efferunt, exornant, in caelum ferunt.

Di questa tua cortesia sempre parlero, e sempre pensero.

Istam

Iſtam tuam liberalitatem ſemper in ore, animoq. habebo.

Lodar di fedelta, e diligenza.

Non manco mai ne di fede, ne di quanto gli ſi conueniua, richiedeua.

Fide ſemper fuit & officio ſingulari.

Lodar la pace.

L'anno paſſato lodaui la pace piu di tutti, hora pare che tu ſij di altra opinione.

Anno proximo, ſuperiore, anno ſuperiore pacis auctor praeter ceteros eras, nunc uideris a priſtina cauſſa deſciuiſſe.

Lodar un parere.

Lodo il tuo parere.

Conſilium mihi tuum probatur.

Lodato

Mi reputo a gloria grandiſſima, che mio figliuolo ſia tanto lodato.

Florere laudibus filium meum, ſummae mihi gloriae duco.

Lode d'ingegno.

Io ti ſtimo ſommamente e per l'amicitia, che e tra noi, e per l'eccellenza dell'ingegno tuo.

Cum amori, quem inter nos mutuum eſſe intelligo, multum tribuo, tum de ingenij tui praeſtantia ita iudico, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

Lode importante.

Tanto io ſtimo le tue parole, che, doue io ſia lodato

Magistrato.

Non ho dubio, che tu non sia per essere il piu honorato di questa citta.

Non dubito, quin summum atq. altissimum gradum ciuitatis obtineas.

Magistrato, ben gouernato.

Questo magistrato honoro grandemente tuo padre.

Pater tuus eximiam ex hoc magistratu laudem collegit, tulit, cepit, adeptus est, consecutus est: praeclare pater tuus hunc honorem gessit: egregie se pater tuus in hoc munere tractauit; pater tuus hunc magistratum pro sua, reiq. publicae dignitate administrauit.

Mai.

Non fu mai cosa di maggior lode.

Post hominum memoriam, post homines natos, ex omni memoria, nihil gloriosius.

Malcontento.

Niun'e contento del suo stato.

Nemini sua condicio satisfacit: nemo est, qui acquiescat fortunae suae.

Malignita.

Tu non giudichi a passione; il che gli altri per malignita non fanno.

A certo, & uero sensu iudicas, quod isti ne faciant, maleuolentia & liuore impediuntur.

Malinconia.

Io mi trouo in gran malinconia: sento grauissimo dolore: son tutto di mala uoglia: in gran maniera

sto

sto con l'animo turbato : noiosi pēsieri mi affligono: graue cordoglio la mente mia sostiene: non e tale il mio cordoglio, che possa da alcuna ragione riceuer alleggiamento, che possa alcuna ragione mitigarlo.

Tristis ualde sum: animi dolore torqueor: hilaritas a me omnis abest; maeror summus ad me uenit: maerore premor grauissimo: maerore laceror, urgeor, affligor, conficior: iaceo: uersor in maerore, ac sordibus: dedi me totum maerori: tristitiae me totum tradidi. maerorem sūscepi, maerorem sustineo quantum ferre uix possim: iacet animus meus, maerore oppressus: nihil me tristius: maeror meus non is est, quem ulla ratio mitigare, lenire, mollire, sanare, minuere, auferre, demere, eripere, consolare, leuare, abstergere, exhaurire possit. Quibus autem uerbis maeror, iisdem adiungi potest maestitia, tristitia, animi dolor, animi cura, animi solicitudo, angor.

Maluagia.

Il tuo ualore fara riuscir uana la uiolenza de' maluagi, de' tristi.

Impetum proditorum hominum tua uirtus franget, reprimet, ac retundet.

Tu sei stato cagione, che uiua questo sciagurato.

Tuo beneficio uiuit haec pestis.

Maluagita.

Tu uincerai con la prudenza tua l'altrui maluagita.

Hominum improbitatem infringent consilia tua.

Maluagi

Maluagi uffici.

Mi e ſtato forza di laſciar queſta mia antica opinione per li peſſimi offici di coloro.

Iſtorum maleuolentiſsimis obtrectationibus, de uetere illa mea ſententia depulſus ſum, deiectus, detruſus.

Mancamento di ufficio.

Tu non fai uerſo di me quel, che doureſti.

Officium in te requiro, deſidero.

Mangiar poco.

Io non mangio troppo.

Non multi cibi ſum: minime ſum edax: tenui cibo utor.

Mangiar troppo.

Molti giouani periſcono per mangiar troppo.

Cruditas moltos conficit adoleſcentes.

Maniera di operare.

Non mi piace, che tu operi in queſto modo.

Haec mihi ratio rei gerende non probatur.

Maniera di uita.

Queſta tua maniera di uiuere diſpiace a coloro, che ti amano, e uorrebono uederti in ottimo ſtato.

Hic tuae uitae curſus offendit eos, qui te diligunt, optimeq. tibi cupiunt.

Manifeſto.

Tu cognoſcerai meglio l'animo mio.

Notior, & illuſtrior meus in te animus erit.

Hora le tue rare qualita ſono chiaramente uedute da tutti.

Nunc

Nunc tuae summae laudes excelso, & illustri loco sitae sunt.

Mattina.

Nel far del giorno.

Prima luce, summo mane, diluculo, primo mane, cum lucesceret, albescente die, in ortu solis, oriente sole.

Messo fidato.

Sempre ch'io hauerò messo fidato, ti scriuero.

Quoties mihi certorum hominum facultas erit, litteras ad te dabo.

Mettersi in uiaggio.

Non ti metter in uiaggio, se non sei sano.

Ne te uiae, nisi confirmato corpore, committas.

Moderarsi.

Vorrei che tu ti moderassi.

Velim te cohibes uelim te colligas: uelim te admodum reuoces, ad rectam rationem reducas, intra rationis girum reuoces, traducas.

Moderato.

E persona moderatissima.

Homo est a cupiditate omni longe remotus.

Molto.

Molto grandemente, sommamente.

Valde, maxime, magnopere, maximopere, uehementer, admodum, etiam atq. etiam, non mediocriter, non parum, in primis praecipue.

Morire.

Se bisognara, morro uolontieri per l'honor tuo.

Si

Si res exiget, pro tua dignitate uitam libentiſſime profundam, decedam; cedam e uita: excedam uita, & e uita diſcedam e uita: mortem obibo: mortem oppetam: uitam cum morte commutabo: lucis uſuram amittam. extremum ſpiritum effundam: et quae proxime ſequuntur.

E da deſiderare il morire in uecchiezza.

Optabile eſt, affecta aetate diem obire ultimum ſummum obire diem, migrare e uita, huius lucis uſuram amittere, obire, occidere, interire, perire, mori, uitam finire, animam efflare, abire a uita, diſcedere, decedere, ex corporis uinculis euolare, ex corporis carcere, uel ergaſtulo ſolui, aut liberari, ab hominibus demigrare.

Se mi conueniſſe morire, non mutero opinione.

Si uocer ad exitum uitae, nō faciam ut hunc ſenſum deponam.

Morte commune.

Nella morte di tuo padre confortati con quella ragione, che la morte a tutte le coſe create e commune.

Paterni obitus dolorē haec ratio depellat, quod omnibus impendet mors, hac omnia lege creata ſunt, ut morte deleantur, exſtinguantur, tollantur,

Moſtra di ſoldati.

Ho fatto la moſtra delle mie genti.

Copias meas luſtraui.

Moſtrar animo.

Tu non mi moſtri quell'animo che doureſti.

Non

Non praestas mihi eum animum, quem debes.

Muro fesso.

Questo muro si fende.

Hic paries uitium facit, rimam ducit, rimam agit, labem facit, labefactatur.

Mutar animo.

Tu sei forte mutato di uolonta.

Magnus animi tui motus est factus.

Mutar opinione.

L'anno passato lodaui la pace piu di tutti, hora pare che tu sia d'altra opinione.

Anno proximo, superiore pacis auctor praeter ceteros eras: nunc uideris a pristina caussa desciuisse.

Non posso credere, che tu sia tanto mutato.

Adduci non possum, ut te a tua consuetudine tam ualde, tam longe discessisse existimem.

Mutatione niuna.

Intorno alla cosa di Padoa non far altro infino al mio ritorno.

Integrum tibi de re Patauina ad meum reditum reserua.

N.

NATVRA.

La natura de' suoi beni e stata poco liberale, poca parte ti ha dato, nel darti i suoi beni e stata alquanto ristretta; ti ha trattato di maniera, che non madre, ma madregna par esserti stata: poco fauoreuole ti e stata la natura: non hai cagione di render gratie

alla

alla natura: poco alla natura ſei tenuto: meno hai riceuuto dalla natura di quello che ti biſognaua: ti mancano i beni della natura.

Satis anguſte natura te ſuis copijs inſtruxit: parum in te benigna, parum liberalis natura fuit: non eſt, cur naturae gratias agas: non multum naturae debes, naturam expertus es parum liberalem: parce tibi ſua bona eſt elargita natura: naturae bona, adiumenta, opes, diuitiae, ſubſidia tibi deſunt, te deficiunt, in te non agnoſcuntur, in te deſiderantur, requiruntur: ita, natura tecum egit, ut nouerca potius, quam mater fuiſſe uideatur: iniquior in te natura fuit: tibi non contigit, ut naturae bonis excelleres: poßum in te quiduis potius, quam naturam laudare: natura tibi de ſuis muneribus, non quantum opus erat, impertiuit: ſuis te donis abundare natura uoluit: inops es a naturae bonis: eſt, cur deſideres naturae bona: non optime de te merita natura eſt: multa naturae accepta referre non debes.

Natura conforme.

Egli e molto ſecondo la mia natura.

Valde mihi aptus eſt: mire factus eſt ad naturam meam: uehementer eſt ad meae uitae rationem, et conſuetudinem accommodatus: conuenit optime cum ingenio meo.

Natura gentile.

Tu fai queſto per coſtume della tua gentil natura.

In hoc humanitatem tuam agnoſco.

Natu-

Naturale costume.

Ogniuno ha questo costume per natura.

Omnibus hoc est a natura tributum, insitum.

Negligenza.

Conosco che tu mi hai per negligente.

Intelligo suspectum me tibi esse nomine negligentiae:

Qui non si fa niente.

Hic omnia iacent: hic ueternus omnes occupauit: omnes languent: omnes torpent: omnes frigent.

Nobile.

Nobilmente nato, di honorata famiglia, di grado honorato:

Honesto loco natus, ex honesta familia, primarius, honestus, optimae inter ciues condicionis, honoratus.

Nouita.

Tu cerchi nouita.

Res nouas quaeris; cupidus es rerum nouarum: status hic te minime delectat: nouitatem amas: nouitati studes, faues.

Numero maggiore.

Molto e maggior il numero de' cattiui, che de' buoni.

Improbi multis partibus plures sunt, quã boni.

Nuocere.

Se le mie opinioni a te nocciono, giouano alla republica.

Sententiae meae si minus e re tua sunt, reipublicae rationibus conducunt.

O.

OBLIGO.

Io son tenuto ad amarti oltra modo, & a fare in seruigio tuo quanto io mi possa.

Incredibilem tibi quendam amorem, & omnia in te summa, ac singularia studia dedeo.

So che tu uedi, quanto sia l'obligo mio.

Videre te scio, quantum officij sustineam.

Ti sono tenuto della uita.

Pro te mori possum.

Tu mi sei forte obligato, ne pero sodisfai al debito tuo

Magna mihi debes beneficia, nec soluis.

Malamente potro sodisfare all'obligo che ho teco.

Tantum tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est.

Se io non posso sodisfare con gli effetti all'obligo, non e conueneuole, ch'io debba sodisfare con le parole.

Cui re uix referre gratias possum ei, uerbis non patitur res satisfieri.

Io gli sono non solamente obligato, ma obligatissimo.

Magna eius in me non dico officia, sed merita.

Obligo accresciuto.

Io riputero di esserti molto piu obligato, che non sono.

Magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.

Occasione.

Parmi di hauer occasione di lamentarmi teco.

Locus uidetur eße tecum expostulandi, querendi de te, tui accusandi.

Occasione perduta.

L'occasione e perduta.

Amissum tēpus est: elapsa de manibus est, abijt, praeterijt, fugit, euanuit, amissa est, nulla iam est, prorsus perijt occasio, tempus, opportunitas.

Occorenza.

Se tu uorrai prender cura di lui, non trouerai ne' tuoi bisogni il piu ardito, ne piu amoreuole amico.

Si complecti hominem uolueris, neminem habebis, cum res tuae postulabunt, neque praestantioris animi, neq. maioris in te beneuolentiae.

Occultamente.

Alcuni hanno contra di te mal'animo, ma nol dimostrano apertamente.

Non nulli sunt in te obscurius iniqui.

Occupato.

Son occupatißimo.

Grauißimis rerum susceptarū oneribus premor.

Odiato.

Chi e colui, che non sia mai odiato?

Quis est, quem nulla unquam attingat inuidia?

Odio.

Conosco, che tu non porti odio ad alcuno.

Noui animum tuum nulla in quenquam maleuolentia suffusum.

Offen-

Offendere.

Non ho mai fatto coſa, oue penſaßi di nuocere all'honor tuo.

Nihil unquam feci, quod contra tuam exiſtimationem eſſe uellem.

Non è ſcelerità maggiore, che il far uiolenza al padre.

Nullum eſt grauius piaculum, quam patri uim afferre.

Offerta.

Io prometto di douer operare in ſeruigio tuo quanto potrò.

A me omnia in te ſtudia, atq. officia, quae quidem ego preſtare potero, uelim, expectes.

Vorrei che tu mi adoperaſsi.

Velim utari opera mea.

Ti farò conoſcere l'animo mio uerſo di te, doue maggior occaſione di poterti honorare mi ſi offerirà: farò con diligentia tutte quelle coſe, ch'io potrò, a commodo, e ſeruigio tuo.

Quaecunque tibi commodare potero, omni cura, ac diligentia complectar: quae tibi intelligam eſſe accommodata, omnia ſtudioſe perſequar, diligenter praeſtabo: meum erga te ſtudium in ijs maxime declarabo, quibus plurimum ſignificare potuero, tuam mihi exiſtimationem & dignitatem cariſſimam eſſe.

Vederanno tutti, quanto mi ſia a cuore l'honor tuo.

Studium meum dignitatis tuae uel tuendae, uel

etiam augendae summum omnes intelligent.

In ogni tuo affare prometttiti di me piu che di ogniuno.

Nihil tibi erit tam promptum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quae ad uoluntatem, ad commodum, ad amplitudinem tuam pertineant, opera, cura, diligentia mea uti profiteor, atq. polliceor eximium et singulare meum studium in omni genere officij, quod ad honestatem, ad gloriam, ad rem tuam spectet: nulla tibi in re neque studium, neq. beneuolentia mea deerit, presto non erit.

Come nel passato, cosi nell'auuenire attendero all'honore, & util tuo.

Qui anteà fui, idem in posterum futurus sum in te ornando, & amplificando.

In ogni occasione ti honorero o con gli effetti, o con le parole.

Quaecunque mihi tui honestandi potestas dabitur, nihil praetermittam, quod positum sit in ipsa re, aut in honore uerborum.

Non manchero mai di honorarti e con l'animo, e con gli effetti.

Numquam mihi tui aut colendi, aut ornandi uoluntas deerit.

Io mi ti offerisco à tutte le cose senza alcun risparmio.

Polliceor tibi studium meum, operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis.

Farò per te cio che potrò.

Omnem meum laborem, omnem operam curam, ſtudium in tuis rebus conſumam, ponam.

Mi ti offeriſco di cio, che poſſo.

Quidquid ualeo, tibi ualeo: uniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero.

Faro in ſeruigio tuo piu, che tu non penſi.

Vincam meis officijs cogitationes tuas.

Oggetto.

L'huomo aſtuto ha per fine l'utilita, mira l'utilita, l'utile riguarda.

Aſtuti id hominis eſt, ad ſuam utilitatem omnia referre, utilitatem ſequi, ſpectare, rebus cunctis anteferre, rerum omnium habere antiquiſsimam, primam ducere, in primis ponere.

Queſto e ſtato il mio diſegno.

Conſilium meum hoc fuit; hoc ſpectaui: hoc uolui: hoc ſecutus ſum: id egi: eo mentem intendi.

Operare.

Non mi piace, che tu operi in queſto modo: non e queſto tuo operare al mio giudicio conforme: altra maniera di operare da te ricchieggo.

Haec mihi ratio rei gerendae non probatur, non agis, ut agendum cenſeo, aliter agis, atq ego agendum exiſtimo, cum ita agis, a iudicio diſcrepas meo, diſcedis, diſſentis, procul abis.

Operare honoratamente.

Niuna coſa hai operato, che non ſia piu che honoreuole, in ogni tua attione hai mirato all'honore, in ogni coſa tuo principale oggetto e ſtato l'honore,

cio che hai fatto, merita somma lode; lodeuolmente sempre hai operato: riguardo sempre alla gloria hai hauuto: sempre tuo fine, sempre inanti gli occhi ti fu l'honore: le tue operationi tutte sono degne di eterna lode, e di esser inalzate al cielo con l'ale della fama.

Nihil fecisti, nisi plenißimum amplißimae dignitatis: omnia tua facta cum dignitate uehementer consentiunt: in omnibus rebus maxime dignitatem spectasti: in omnibus tuis factis propositas tibi dignitas fuit: omnia tua facta ad dignitatem retulisti: quaecunque egisti, ad dignitatem omnia spectarunt; gloria tibi semper prima fuit, antiquißima fuit, maximi fuit: ante omnia, summo loco, primum apud te locum obtinuit: scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit; tuarũ actionum norma quaedam & regula dignitas fuit: tua sunt eiusmodi facta, ut eximijs ornanda praeconijs, diuinis decoranda laudibus, tollenda ad astra, ad caelum efferenda uideantur; tuis omnibus factis aeterna gloria, immortalitatisq. praemia debentur.

Operare contra l'honore.

Egli ha parlato acerbissimamente contra l'honor tuo. fieramente, amaramẽte ha parlato in dishonor tuo, a uergogna tua, in biasimo, in uituperio.

Acerba nimis aduersus tuam dignitatem eius oratio fuit; inhoneste admodum de te locutus est: grauißime tuã dignitatẽ oppugnauit: locutus est in te sic, ut acerbius, aut inhonestius non potuerit.

Operare in seruigio di uno.

Farò per te, quanto potrò.

Nihil non agam tua caussa; nullum pro te laborem, nullum onus, aut officium recusabo; subibo omnia tua caussa: tuis in rebus toto pectore cunctis uiribus contendam: neruos omnes, ubi res tuae postulabunt, intendam; omnia mihi pro te suscepta, nec difficilia, & iucunda erunt: mea tibi studia, atq. officia praesto erunt.

Opinione.

Non mi si puo leuar questa opinione.

Ab hac sententia deduci non possum: hanc deponere, & aliam suscipere opinionem uix, aegre, nullo modo, nulla ratione, nequaquam, neutiquam, minime possum, prorsus non possum.

Perche debbo io mutare opinione?

Quid est, quod aliam in partem traducere me debeat? cur hanc opinionem abijciam? cur hunc deponam sensum? cur ab hac sententia desciscam, discedam? cur aliter sentiam, cur a me ipso dissẽtiam?

Opinione buona.

E cosa difficile ad un'huomo da bene, lasciare una buona opinione: non possono i buoni ageuolmente mutar opinione: malamente puo, chi ama la uirtu, cangiarsi di parere.

Vir bonus, ut sententiam mutet, non facile adducitur, impetrare a se ipso nullo modo potest: bono uiro sensum rectum deponere difficile est, magni negotij est uir bonus in sentẽtia firmißime cõstat: uir

bonus a recta sententia desciscere uix potest: ut sen tentiam mutet, non facile adducitur: tenet arcte quam semel complexus est sententiam.

Opinione difesa.

Io tì faro conoscere, che ho buona opinione, faro che loderai il mio parere, che rimarrai sodisfatto della mia opinione, che il mio parere conforme a ragione giudicherai.

Probabo tibi meam sententiam: efficiam, ut opi nio tibi mea cum ratione congruere uideatur: osten dam esse, cur probes meam sententiam, acquiescas meae sententiae.

Opinione di molto tempo.

Gia gran tempo si credeua cosi.

Erat haec in animis hominum inueterata opi- nio, peruetus, diuturna, multi temporis, minime re cens, in animis hominum penitus insederat.

Opinione diuersa.

Non ti e honore, l'hauere opinione diuersa da tuo pa- dre: a biasimo ti e, discordare di opinione da tuo padre.

Honeste a parente tuo dissentire non potes: tur pe tibi est a parente dissentire: non potes a patre sine infamia, sine dedecore, sine graui culpa, sine turpi nota dissentire.

Siamo diuersi d'opinione.

Opinionum dissensione discrepamus: non idem, aliter, diuerse, uarie sentimus: non, quid tibi, mi- hi idem uidetur, placet, probatur.

Opinione

Opinione falſa.

Tu non ti ſei portato uerſo me in quella maniera, ch'io aſpettaua.

Fefelliſti opinionem meam, tractaſti me ſecus, atq. exiſtimabam: non eum in me, quem putabam, te praeſtitiſti: expectationi meae nequaquam reſpondiſti: cum animo meo tua facta non conueniũt, conſentiunt, congruunt: prorſus te alium, atq. arbitrabar, ſum expertus, re ipſa cognoui, ſenſi.

Opinione iſteſſa.

Habbiamo una medeſima opinione; concorriamo in una iſteſſa opinione: ci accordiamo di parere: il mio parere ſi confa col tuo: piace il medeſimo a l'uno e l'altro, ad amendue.

Coniunctum eſt meum conſilium cum tuo: conſentiunt: concinunt ſententiae noſtrae: nihil a tua mea diſtat, diſſentit, diſcrepat opinio: idem ſentimus: a tuo iudicio mea ſententia non abhorret: idẽ utriq. noſtrum probatur, uidetur, placet, idem ſequimur: idem eſt utriuſq. ſenſus: congruit cum opinione tua ſententia mea: diſſenſio inter nos nulla eſt: diſſenſionis, aut controuerſiae nihil, conuenit inter nos.

Opinione laſciata.

Mi e ſtato forza, non ho potuto far di meno, io ſono ſtato conſtretto di laſciare quella mia antica opinione per li peſſimi officij di coſtoro.

Iſtorum maleuolentiſſimis obtrectationibus de uetere

uetere illa mea sententia depulsus sum, deiectus, deturbatus: factum est horum culpa, commissum est horum iniquitate, a mea illa uetere sententia desciuerim, ut ueterem illum sensum deposuerim, ut, abiecta uetere illa sententia, nouam susceperim.

Opinione mutata.

L'anno passato lodaui la pace piu di tutti, hora pare che tu sia di altra opinione.

Anno proximo superiore pacis auctor praeter ceteros eras, nunc uideris a pristina caussa desciuisse: non, quod anno proximo, nunc idem de pace sentis: tua de pace sententia cum superioris anni sententia conuenire non uidetur: non eadem tua est, quae anno proximo superiore, de pace sententia: pacem unus omnium maxime tuebaris anno superiore, nunc alia tua mens uidetur, non idem sensus, diuersa opinio.

Tu sei mutato di opinione.

In sententia non permansisti: sensum mutasti: aliter existimas: a pristina sententia desciuisti, a te dissentis: diuersam opinionem suscepisti, cepisti.

Opinione stimata.

La tua opinione e stimata molto appresso gli huomini giudiciosi.

Magnam apud eos, qui recte iudicant, tua sententia pondus habet, magni fit, magni aestimatur, magni penditur, auctoritatis habet plurimum, grauissima est: recte sentientes in opinione ac indicio tuo plu-

tuo plurimum ponunt, opinioni tuae multum tribuunt, multum deferunt, facile aſſentiuntur, ac quieſcunt.

Opinione uniuerſale.

Tutti ſono di una medeſima opinione.

Vnus omnium bonorum eſt ſenſus: idem omnibus probatur: eodem concurrunt omnium ſententiae: ſequuntur idem omnes, ſpectant, probant, opinione tuentur: eadem eſt omnium ſine ulla uarietate opinio. opinionum nulla uarietas.

Opinione utile.

Se le mie opinioni a te nocciono, giouano alla republica.

Sententiae noſtrae, ſi minus e re tua ſunt, reipublicae rationibus conducunt; tuam ſi utilitatem oppugnant, reip. commoda tuentur; ſi tibi detrimentum, reip. commodum afferunt; tua ſi minuunt, reip. augent commoda: ſi tuis aduerſantur, reip. rationibus expediunt.

Ordinare.

Ho dato ordine alle coſe della guerra: ho dato buona forma, ho diſpoſto, ho ridotto in buon ſtato le coſe della guerra.

Rem militarem conſtitui, collocaui, compoſui, optime digeßi.

Ottenere.

Se tu ſei certo di poter inſignorirti di quel regno, non e da tardare.

Si exploratũ tibi eſt, poſſe te illius regno potiri,

illo

illo regno potiri, regnum illud obtinere, non est cunctandum; producenda res non est: protrahenda, differenda non est; mora facienda nulla est, interponẽda non est; inmorandum non est; omnis tollenda mora; languor omnis abijciendus.

Ottener desiderio.

Credo, ch'io condurrò la cosa à quel fine, che desidero: spero, che la cosa mi riuscirà secondo il desiderio, al desiderio conforme, non sarà diuersa dall'animo mio.

Puto fore, ut rem ex sententia geram, feliciter, prospere, ex animi sententia, ut animus fert.

P.

PAESE.

Stando à sedere nella mia camera, io uedeua tutto quel paese.

Tota mihi illa regio in cubiculo meo sedenti erat in conspectu, ante oculos erat, in oculis erat, se se oculis offerebat, ante oculos uersabatur, egregie patebat.

Pagare.

Voglio, che tu mi paghi di quel, che per lui mi hai promesso: quanto egli mi promise, tu attenderai: attenderai tu la promessa di lui.

Pro illo solues: illius promissa tu praestabis: dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti, illius promißio, solutio tua erit, ad te pertinet.

Non posso pagare.

Soluendo

Soluendo non sum: non est, ut possim soluere: nõ habeo, unde soluam: non suppetit, unde creditoribus satisfaciam.

Parentela.

Spero, che ci troueremo contenti di questa parentela.

Spero nobis hanc coniunctionẽ uoluptati fore: optimam de hac habeo coniunctione spem: de hac coniunctione spero optime, spes me tenet optima, sustentat, alit, pascit, fouet.

Hai molti parenti,

Propinquis, & affinibus flores: a propinquis optime paratus es, munitus es: propinquis abundas: copia flores propinquorum.

Romper la parentela.

Dirimere coniunctionem, discindere, dissuere, disiungere, ius omne coniunctionis tollere, delere, extinguere.

Parer buono.

Lodo il tuo parere.

Consilium mihi tuum probatur: idem sentio, quod tu: meus cum tuo sensus congruit, assentior tibi: tuam sequor sententiam: recte sentire mihi uideris: accedo ad tuam sententiam.

Parlar lungamente.

Di questo ho parlato lungamente, ho ragionato a lungo con tuo fratello.

Hac de re cum tuo fratre multa uerba feci: satis prolixe sum locutus: longum habui sermonem: multis uerbis egi: longam habui orationem: oratio

mihi cum tuo fratre fuit uberrima.

Parlar poco.

Non debbo pregarti con piu parole: non debbo spender in pregarti molte parole: non debbo eßer lungo nel pregarti: non debbo stendermi a piu parole per pregarti: piu oltre stẽdermi non mi si conuiene.

Pluribus tecum agere non debeo: longiorem orationem tua non exspectat humanitas, non patitur, non fert, non sustinet, reijcit, recusat, renuit, respuit: amicitia nostra minime patitur, ut te pluribus rogem.

Participare.

Non uolere, che io habbia poca parte del tuo amore, che picciolo frutto mi nasca dell'amor tuo.

Ne patiaris me partem amoris tui minimam ferre: noli committere, ut partem amoris tui minimam capiam, ut exiguum ab amore tuo fructum feram, colligam, sumam, percipiam: fructum amoris tui uelis esse non exiguum, non uulgarem, non mediocrem.

Partire.

Penso di partire: miro al partire.

Mihi est in animo discedere, digredi, abire, proficisci, locum mutare: de discessu cogito: discessum cogito: discessum specto, in animo habeo, meditor: animus est in discessu.

Partire della patria.

Metello parti della patria molto uolentieri, e con allegro animo fuori ne stette.

Summa uoluntate Metellus patria ceßit, egregiaq. animi alacritate abfuit: diſceſſum e patria aequißimo animo tulit Metellus, & abfuit nullo dolore: Metelli animus, cum a patria diſceßit, aequißimus, dum abfuit, laetißimus fuit, erectus, alacer, minime demiſſus, aut deiectus.

Partito.

Io non ſo prender partito.

Difficilis deliberatio eſt: lubricus ad deliberandum locus: conſilium capere neſcio: ualde haereo: impedita deliberandi ratio eſt: conſilium deeſt: explicare nihil queo: expedire me nequeo: inops conſilij, inops à conſilio ſum: conſilium diu fruſtra quaero.

Partito cattiuo.

Dubito di hauer preſo un partito, che non ſia per riuſcire à buon fine: dubito, che al partito preſo non ſeguira buon'effetto.

Metuo, ne id conſilij ceperim, quod explicare non facile poßim: exitum conſilij mei extimeſco: conſilium à me captum ut eum, quem uolo, exitum habeat, opto magis, quam ſpero: utinam conſilio meo reſpondeat exitus; timeo tamen, ne non ita ſit: uereor; ne non optime, quod deliberaui, ſuccedat, procedat: meum conſilium quo ſit euaſurum, timeo: quam feliciter mihi euenturum ſit ex conſilio meo, plane non uideo; equidem aduerſa metuo: timeo, mei conſilij qui ſit exitus futurus.

Partito

Partito lodeuole.

Buon principio hai fatto della tua uita, essendoti posto al seruigio di Dio.

Optimum cursum cepisti, rationem praeclaram inijsti, optimam partem elegisti, sapienter uitam instituisti, cum te Deo addixisti.

Passione.

Tu non giudichi a passione: la passione non ti accieca, non ti contende il uero; il che costoro per malignità non fanno.

A certo, & uero sensu iudicas; quod isti ne faciant, maleuolentia, & liuore impediuntur: non tuae mentis oculos liuor obducit: rectum animi sensum in iudicando sequeris tuum iudicium ratio dirigit, ac moderatur: quod ratio praescribit ac probat, id iudicas; quod istis per maleuolentiam non licet: quam istis facultatem eripuit liuor, & maleuolentia.

Passione niuna.

Tu non potresti credere, quanto io son hora senza passione: non potrebbe caderti nell'animo, quanto sia la mente mia libera da ogni passione: difficil cosa ti sarebbe a credere, in che tranquillo stato si troui hora l'animo mio.

Vix credas, non facile putes, aegra possis cogitatione assequi, quam aequo animo sim, tranquillo, quieto, ab omni cura uacuo: quam omni uacem perturbatione: quam sim omnis expers curae: quam procul absit animus meus ab omni cura quam trã-

quillo

quillo animo ſim, quam trãquille agam, quam tran quille agat animus meus, qua meus fruatur animus tranquillitate, quae ſit animi mei tranquillitas, quam nulla ſit animi mei perturbatio, cura, moleſtia: quam parum animus meus cura fluctuet, iactetur, agitetur, commoueatur, aequitatem animi mei, tranquillitatem, ſecuritatem, quietem uix credas, haud facile coniicias, aſſequi cogitatione uix poßis.

Paſsi ſtrani.

Nel monte Apennino ſono di ſtrettißimi, e molto ſtrani paßi: malageuolmente ſi puo caualcare per il monte Apennino: gran diſagio ſi ſoſtiene, et e diſcõcio grande il caualcare per il monte Apennino.

In alpibus Apennini magnae ſunt, admodumq. difficiles locorum anguſtiae: impeditißimus eſt ad iter faciendum mons Apenninus: labor eſt maximus per montem Apenninum iter habentibus.

Paſſo chiuſo.

E uietato il paſſo.

Tranſitus interdictus eſt, incluſa uia, non patet aditus, non datur.

Paura.

Voglio leuarti la paura, trarti di paura, aßicurarti, renderti ſicuro.

Abſtergere uolo animi tui metum; leuare te metu, liberare metu, a metu abducere, metum

expellere,eijcere,auferre:animum confirmare,con ſtituere:efficere, ne quis animum tuum metus perturbet,afficiat,commoueat,exagitet.

Pazzo.

Egli e pazzo, ſciocco, ſtolto, forſennato priuo di mente, di ſenno, d'intelletto,di ragione, del ſenſo commune.

Deſipiens eſt,de lirus,ſtultus,demens,inſanus, a ratione auerſus,omni ratione carens;delirat deſi pit:inſanit:diſceßit a mente: deſertus eſt a mente: deſtitutus a mente:mens eum, & ratio reliquit:mẽ tem amiſit:mente captus eſt:mentis lumine obcaecatus:mentis compos non eſt: mentis inops: mentis expers:inops a mente.

Peccato.

Grauemente pecchi: grandißimo diffetto commetti: operi gran ſcelerità:fai coſa maluagia, ingiuſta, ſcelerata.

Grauißime peccas: ſcelerate agis: ſummum dedecus admittis: piaculum committis: maxima te ſcelere adſtringis, obſtringis: culpam grauem committis:iniquißime facis: ſcelus committis,perpetras.

Non ho mai peccato in queſto:non feci tal'errore:non commiſi mai cotal diffetto.

Hanc ego numquam attigi culpam hoc me num quam crimine contaminaui,inquinaui, infeci,polluì:hanc numquam ſubiui culpam: haec me numquam culpa polluit,labefecit, huius criminis,flagi

tij,

tij, ſceleris, uitij, labe, macula infectus numquam ſum, uacaui ſemper iſta culpa.

Non e peccato, che hoggi non ſi commetta, in qual ſi uoglia colpa ogniuno traſcorre, cade in ogniuno ogni ſorte di peccato, commettonſi tutti i mali.

Omnes in omnem culpam prolabuntur: incurrũt homines in omnem iniquitatẽ: nulla culpa eſt, quae non hodie ſubeatur: omnes in omni ſcelerum, flagitiorumq. genere uolutantur: omnem improbitatem omnes amant: nullum hodie flagitium ignoratur, praetermittitur, non committitur.

Pena ſcapolata.

Non fu punito, pena non ſoſtenne, fu liberato di ſupplicio, ottenne aſſolutione, fu aſſoluto.

Poenam effugit, elapſus eſt, impune illi fuit, impunitatem eſt aſſecutus, poenam nullam tulit, ſuſtinuit, perpeſſus eſt, euaſit ex iudicio, abſolutus eſt, abſolutionem eſt adeptus.

Penſare attentamente.

Fiſo penſare, attentamente conſiderare, con attento ſtudio eſſaminare, riguardare una coſa, recarſi in ſe ſteſſo, tra ſe ſteſſo riuolgere, conſiderare con l'animo ſuo.

Colligere ſe, animum intendere, meditari accuratius, diligentius animaduertere, conſiderare cum animo ſuo, uerſare in animo, diligenter animo tractare, agitare animo diligenter, ſtudioſe cogitare, intenti aliquid animo intueri, attentius examinare, perpendere, ponderare.

Pensa a questo : miri a questo l'animo tuo : intendi a questo i tuoi pensieri : mira questo fine : habbi questo oggetto, tuo proponimento, intendimento, disegno, fermo pensiero, principal fine, termine de' tuoi pensieri.

Hoc tibi ante oculos propone, pone, statue, constitue, ad animum refer : huc mentem intende : huc spectet animus tuus: dirige tua consilia, tuas cogitationes ad hunc finem: hoc tibi propositum sit: mẽtis aciem in hoc intende.

Pensar molto.

Sempre io penso di te, e delle cose tue : sempre mi sei nel pensiero: da te mai, e dalla cura delle cose tue l'animo mio non si diparte.

Nunquam de te non cogito : nullum a me tempus praetermittitur de te, tuisq. rebus cogitandi: numquam mihi ex animo effluis, excidis discedis, excubo animo tua tuarũq. rerũ caussa : in te tuisq. rebus animus meus perpetuo est: meae curae omnes in te sunt: te semper spectat animus meus: meae cogitationes in te tuisq. rebus consumuntur omnes, ad teq. referuntur.

All'utile tuo, & all'honore grandemente penso : a' tuoi commodi, & alla tua riputatione mirano tutti i miei pensieri: intende del continuo l'animo mio, il pensier mio.

Toto animo de tuis commodis, ornamentisq cogito: ualde laboro de tuis cõmodis, et ornamentis: mihi tuus honor, & tuae fortunae etiã atq. etiam

curae ſunt, de utilitate, ac laude tua aeque, ac de me ipſo, cogito, ita cogito, ut nemo magis, tam cogito, quam qui maxime.

Io non penſo ad altro, che all'inſegnarti la uirtu, a farti poſſeſſore del theſoro della uirtu.

Omnem meam cogitationem in oſtendenda tibi uirtute fixi, et locaui: in tradenda tibi uirtute ſum totus: hoc unum mea ſpectat induſtria, theſauros tibi uirtutis ut aperiam, ac tradam, uerſor in hoc ſtudio totus, ut aditum tibi ad uirtutem patefaciã, ut ornem te uirtute, ut ad uirtutem, duce me, peruenias, hac in re, atq. cura mens mea tota uerſatur, quae ſit dignitas, qui ſplendor, quae pulchritudo uirtutis, me magiſtro ut intelligas.

Penſieri.

Tu ſai compiutamente i miei penſieri.

Mea conſilia plane tibi nota ſunt, tenes conſilia mea, meum animum, meos ſenſus, non te latent mea conſilia: cognitum habes, ac perſpectum animum meum: qui ſit meus ſenſus, probe noſti, praeclare intelligis.

Penſiero.

Di un picciolo penſiero ſon'entrato in un grandiſsimo affanno: leggier cura mi premeua: hora graue penſiero mi affligge.

A minore cura maximam ad ſolicitudinem tra ductus ſum: curam equidem antea ſuſtinebam, ferendã tamẽ, nunc ſolicitudine premor ea, quae ferri nõ poſsit, hac ſolicitudine nihil grauius, uincitur

animus mens, planeq. frangitur hac tam graui solicitudine.

Pensiero grande.

Sono entrato in gran pensiero, graue pensiero mi e sopravenuto, sopragiunto.

Grauem curam suscepi, grauis me excepit cura grauis in me incubuit solicitudo, acerba mihi inuasit solicitudo.

Pensiero lasciato.

Lascio uolentieri ogni pensiero di uendetta, uolentieri mi scordo ogni uendetta, cancello uolentieri dell'animo mio ogni memoria di uendetta, punto non penso alla uendetta, al uindicarmi non miro.

Vltionis omne libenter consilium abijcio, depono, omitto: omnem acceptae iniuriae memoriam ex animo deleo: de ultione nihil plane cogito: ultionẽ minime cogito: animus meus ultionem non spectat, abduco animum ab ulciscendi consilio.

Pensiero uano.

Non mi e riuscito il pensiero: al mio pensiero non e seguito l'effetto, non e auuenuto quel ch'io credeua: conforme effetto al pensiero non e seguito: diuerso dal pensiero e stato l'effetto: l'auenimento non e stato simile all'effetto, non e la cosa peruenuta a quel fine, doue l'animo miraua.

Spes me frustrata est; aliter, atq. opinabar, euenit, accidit, contingit, successit, non is, quem uolebam, exitus consecutus est, successit praeter sen-

tentiam

tentiam, contra uoluntatem, non ut uolebam, ſecus atque opinabar, exitum ſortita res eſt alienum a ſententia mea, diſsimilem uoluntati, minime cum animo congruentem, ab animo meo diſcrepantem, diuerſum, abhorrentem.

Penſiero di nuocere.

Egli ha cercato di nuocermi, ha procacciato il mio danno, alla mia ruina ha inteſo con quelle poche forze, che gli erano rimaſe.

Fractam illam, & debilitatam uim ſuam in me contulit, uires illas, quae illi reliquae erant imbecillae, infirmae, parum firmae, haud ſatis firmae, collegit, & contulit omnes ad me opprimendum, euertendum, affligendum, perdendum, ad exitium, ad perniciem, ad meam ſummam calamitatem.

Per amor tuo.

Per te mi dolgo, per tua cagione, per tuo riſpetto, per amor tuo, ſei cagione del mio dolore, da te naſce il mio dolore.

Tua cauſſa doleo, dolor meus a te eſt, prouenit, proficiſcitur, manat, fluit, tu paris dolorem meum, tua cauſſa fit, ut doleam.

Perdere.

Tu hai perduto il fauore per colpa, per difetto, per mancamento, per uitio non tuo, ma de' tuoi.

Gratiam tuam extinxit, perdidit, afflixit, omnem apud omnes deleuit, non tua, ſed tuorũ culpa, factum eſt, minime quidem tuo, ſed tuorum uitio, ut

qua florebas gratia, eam amitteres: perijt quod ha bebas gratiae, tuorum culpa, non tua: commissum est a tuis potius, quam a te ipso, per tuos potius, quam per te ipsum, ut esses non, ut antea, gratiosus ut ea gratia, qua fruebaris antea, prorsus excideres, ut amitteres hominum studia, ut ex animis atq. amore hominum efflueres, excideres.

Fa quanto puoi per non perder l'honor tuo: metti ogni studio: adopera ogni tua industria: impiega ogni tua forza: sforzati quanto per te si puo, quato mag giormente puoi, quanto possibile ti e, quanto sten dere si possono le tue forze, infin doue possono arri uare le tue forze.

Omni industria contende, omni studio labora, incumbe toto pectore, confer huc tuas omnes uires tua studia, curam, industriam, enitere quantum in te est, quantum in te situm est, quantum potes, quã potes maxime, cunctis uiribus, ac neruis, hoc age diligenter: da operam quam potes diligenter: summam adhibe diligentiam: studio contende quam licet maximo, quantum potest esse maximum, summo prorsus: hoc unum cures, labores, studeas in pri mis, praeter ceteras res, praecipue, potissimum, an te omnia: ne tuae dignitatis iacturam facias: ne de tua dignitate detrahatur: ne quid aduersi digni tas tua patiatur: ne tua dignitas uioletur: ne quod in tua dignitate damnum facias, ne quid feras de trimenti: ne qua labes aspergatur, offundatur ho nori tuo, ne quam existimatio tua iacturam patia-

tur,

tur: ne ſplendor tuae dignitatis obſcuretur.

Perdere l'animo.

Ti ſara di gran uergogna, ſe darai a conoſcere, che tu non ſia di quel grand'animo, che gia ſoleui.

Animi tui magnitudinem inflectere ſine ſummo dedecore non potes: animum demittere, animo cadere, animum imminuere, turpiſſimum tibi erit, magno uitio dabitur: humilis iam eſſe tuus animus, qui ſublimis, erectusq. erat, ſine graui infamia non poteſt: ſublimia cogitabat animus tuus, nihil non altum ſuſpiciebat, nunc demiſſus eſt, humilis, abiectus, humilis ſerpere uidetur, humi iacere.

Perdita.

Ho perduta la robba: cio, che haueua, e perito: ſon diſtrutto nella robba: e ſeguita la ruina delle mie facultà.

Naufragium feci rei familiaris: perijt mea res domeſtica: actum eſt de fortunis meis: prorſus euerſae ſunt opes meae: perdidi omnia bona: euertit me bonis omnibus fortuna: mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit: afflictae ſunt, profligatae, ac perditae, extinctae, euerſae meae res, ac fortunae omnes: euerſus ſum omnibus fortunis.

Perdita niuna.

Infin qua niente hai perduto.

Integrae ſunt adhuc res tuae: ſalua ſunt apud te ōia: nihil dum perdiſti: ſtatus idem eſt, qui antea,

rerum

rerum tuarum: eodem loci sunt, quo antea, fortunae tuae: nihil detractum est de fortunis tuis: nulla res aut fortunae tuae iacturam fecere, nullum damnum tulere, nullum detrimentum passae sunt, nihil aduersi subierunt: nullam partem desideras fortunarum tuarum: nihil eripuit fortuna, abstulit, ademit, detraxit, auertit.

Per far piacere.

Vorrei che tu lodaßi i miei componimenti, se per giudicio non ti pare, almeno per farmi piacere, per farmi cosa grata, per sodisfare all'animo mio, per mia contentezza, per mio conforto.

Meis libris uelim, si minus ex animo potes, gratiae saltem caussa suffragere: meis libris, si minus iudicij, at gratiae saltem caussa faueas, quod obtinere a iudicio tuo fortasse non possum, impetrem ab amore, ut mea scripta probes, commendes, tuae re: quod ueritati non potes, amori tribue, ut mea scripta tuo testimonio subleues, tua commendatione exornes, honestes, in honorem adducas.

Pericolo.

Tu sei nel medesimo pericolo: tu corri il medesimo rischio: uai parimente a rischio: corri l'istesso pericolo: ti soprasta il medesimo pericolo: di te parimente si tratta: corri l'isteßa fortuna; fa ragione, che siamo tutti in una naue: tu ancora sei al medesimo partito; non e la tua condicione diuersa da quella de gli altri.

In eadem es naui; eodem in discrimine uersaris: idem

idem tibi periculum impendet, aeque tua ſalus agitur, tuae fortunae periclitantur, eadem tibi imminet calamitas: aeque periclitaris in iiſdem nauigas fluctibus; eodem iactaris uento; eadem te procella perturbat, eodem loci res tuae ſunt, uerſaris in eodem periculo, in eadem fortuna, eadem te fortuna manet; tibi impendet, tibi imminet, te urget, pari es condicione, par, ſimilis, eadem, non diſſimilis, non diſpar, non alia tua condicio eſt, non minus de te agitur, tua res aeque agitur, de tua re itidem agitur, in periculum tua res adducitur, uenit, periclitatur, periculum ſubit, eadem tibi inſtant mala, haud melius tecum agetur, haud meliore loco res & fortutae tuae non erunt.

Perſeueranza.

Perſeuerare in una buona opinione, e gran lode, la conſtanza in una diritta & honeſta opinione, in un giuſto parere, in un ſauio conſiglio, e lodeuole aſſai, partoriſce molta lode, e ſomma lode, porta grand' honore, rieſce a glorioſo fine.

Si quis in recta ſententia ſibi conſtat, ei magna laus debetur: tueri conſtantiam in recta ſententia, laudabile eſt, ldus eſt, audis eſt, laudi eſt, laudem habet, afferte, parit, cum laude coniunctum eſt, egregium eſt, praeclarum eſt, glorioſum eſt, perſe uerantem, pergentem l permanentem in recta ſen tentia, laus, & gloria conſequitur, laus excipit immortalis; in recta ſententia laudabilis admodum eſt, lau-

est, laudibus efferenda, ornanda, honestanda, decoranda stabilis, & firma, & perpetua permansio: tuenti acriter, et firmo in primis animo rectum consilium, sententiam cum ratione congruentem, cum salute reip. coniunctam, quae sit e rep. in remp. e re communi, in rem communem, e commodo puplico, quae ualeat ad remp. ad rem communem, ad commoda publica, decus eximium debetur.

Persuadere.

Datti a credere, che la cosa sta cosi: credi fermamente, tieni per fermo, habbi ferma opinione, sii certo, tieni per cosa certa, non dubitar punto, habbi ferma credenza, che la cosa sta cosi, non e altramente, non e di altra maniera, si troua in questo stato, tale e lo stato della cosa.

Induc animum, induc in animum, ita esse pro certo habe, persuade tibi, pro certo existima, plane credas, ita crede, ut minime dubites, exploratum habeas, atq. omnino certum, pro comperto habeas, sit hoc apud te minime dubium, sit exploratum, rem ita se habere, in hoc statu esse, hunc esse rei statum.

Piacere dannoso.

Il piacere conduce gli huomini a cose men che honeste: e il piacere un'esca de' mali nella uita humana: incorrono molti in graue danno, allettati dal piacere, tirati, condotti, ingannati dalle false lusinghe del piacere: il piacere con bella & insidiosa uista

ſa uiſta inganna molti, e conduceli a ruina: e il piacere un dolce ueleno.

Voluptas ad ea, quae minus decent, homines allicit: hominibus malorum eſca uoluptas eſt. multi ducem ſequentes uoluptatem, grauiter offendunt: duce uoluptate multi errant miſerrime: illecti uoluptate, dulcedine uoluptatis, blanditijs uoluptatum, infortunia ſubeunt, calamitates adeunt, in miſerias incurrunt: uoluptate, tamquam dulci ueneno, homines pereunt: iocundam, ac dulcem uoluptatum conſuetudinem triſtis admodum, & amarus conſequitur euentus: ſaepe uoluptatem excipit dolor: uoluptas dolore terminatur; uoluptatis exitus doloris initium eſt.

Piangere.

Io piango troppo amaramente: piouommi amare lagrime da gli occhi: mi ſtruggo nel pianto: lagrimo del continuo: non fo altro che piangere: non ho mai gli occhi aſciuti dal pianto: eſcono da gli occhi miei, quaſi da eterno fonte, continoue lagrime: il mio pianto non ha fine: non pongo mai fine al pianto: non rimango, non ceſſo, non raffino mai di piangere; copioſamente, abondeuolmente, ſenza modo, oltra modo, fuor di modo, ſenza miſura, fuor di miſura, oltra miſura, ſmiſuratamente, ſenza termine, ſenza fine, infinitamente piango.

Conficior lacrymis, ſic, ut ferre non poßim: luctu conſumor, contabeſco: modum lugendi nullum facio:

facio, finem lacrymis non impono, lacrymis me dedo, lacrymis numquam abstineo, uberrimus meus est flectus, aßiduae lacrymae, perennes lacrymae, numquam non lugeo, luctum numquam intermitto, non dimitto, non omitto, totus in luctu uersor, aßiduae fluunt ex oculis lacrymae, comes mihi ubiq. luctus est, perdunt me lacrymae, numquam lacrymis non bument oculi.

Tu piangi le sciagure della republica: cagione del tuo pianto sono le calamita publiche: nasce il tuo pianto dalla fortuna della republica: lo stato misero della citta ti fa piagnere, t'induce al pianto, a lagrimar ti conduce, ti genera il pianto.

Luges reip. tempora: tuos fletus exoritur, existit, manat, proficiscitur a publicis malis: lugendi caussam affert aduersa fortuna reip. calamitas publica: publica mala te ad fletum impellunt: miseriae tibi publicae lacymas excutiunt, exprimunt.

Pieggieria.

Voglio che tu mi paghi quel, che mi hai promeßo, che mi attendi la promessa, che non manchi, che oßerui la promessa, che tu dia effetto alla promessa, che apparisca l'effetto della tua promessa, che alla promessa tua segua l'effetto.

Dependendum tibi est, quod promisisti: uolo stes promißis, promissa serues, fidem tuearis, fidem soluas, quod promisisti, re praestes, cum tuis uerbis facta consentiant: promissa tua exitus confirmet,

ne

ne fidem tuam fallas, falſa ne fuerint, inania, irrita promiſſa tua.

Pingere eccellentemente.

Apelle dipinſe eccellentemente il capo di Venere, e la ſommità del petto, egregiamente, con mirabil arte, e marauiglia dipinſe, adorno con l'arte della pittura, ritraſſe, riſomigliò.

Apelles Veneris caput, & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit, mire pinxit, egregie, ſic, ut nemo melius, ſingulari expreſſit atq. exornauit artificio, egregijs picturae coloribus illuſtrauit, perfecit, ac perpoliuit egregie.

Poco.

Non ho uoluto troppo offenderlo, ho uoluto leggiermente offenderlo, a poco offenderlo ho mirato, e ſtato mio intendimento di non offenderlo grauemente.

Dedi operam, ut eum parce & molliter laederem, non id egi, ut eum grauiter offenderem, nihil paullo grauius in illum cogitaui, commouere illum leuiter uolui, non acerbe uexare.

Poeſia.

Vorrei che tu tornaſſi alla poeſia, che di nuouo tu abbracciaſſi le Muſe, che tu riguſtaſſi la dolcezza del uerſo.

Vellem te ad manſuetiores Muſas referres, uellem intermiſſa poeticae ſtudia repeteres, redires in gratiam cum Muſis.

Portarſi bene.

Si è portato molto honoratamente nell'edilità; e riuſcito eccellen-

to eccellentemente: ha fatto lodeuole officio: ha operato egregiamente: troppo manifesto saggio ha dato delle sue uirtu.

Magnificentissimo perfunctus est munere aedilitatis: praeclare se tractauit in aedilitatis munere: aedilitatem summa cum laude gessit: nihil fecit non egregie; iustitiae laude praestitit, specimen dedit minime dubium uirtutum suarum: aedilem se praebuit egregium, praestitit, ostendit, summam ex adilitate laudem est consecutus, sibi comparauit, sibi peperit, cepit, tulit, retulit.

Porto.

Ci sforzammo di entrare in porto, e non potemmo per il uento contrario: mettemo ogni studio per prender porto; ma la forza del uento contrario ci risospinse, e rigittò.

Portum refflante uento tenere non potuimus, portum inire conantes aduersi uenti uis repulit, ac reiecit, ne portum obtinere licuerit, cum omni studio conaremur, uentus effecit.

Possesso.

Egli e al possesso; gode, e possessore: coglie l'entrate.

Est in bonis, fruitur bonis; bona tenet, possidet, fructus capit.

Potenza.

I Venetiani sono ricchi e potenti, abondano di ricchezze, e di forze, uagliano assai e di forze, e di ricchezze.

Veneti: opibus, & potentia ualent, pollent, uigent,

gent,

gent, praestant, excellunt: affluunt diuitijs: opibus uigent: neq. diuitias, neq. opes desiderant.

Poter molto.

La uirtu puo ogni cosa: alla uirtu niuna impresa e impossibile: uince ogni difficulta la uirtu con le sue forze: uniuersal imperio ha la uirtu sopra le cose humane: infinite sono le forze della uirtu: che non puo la uirtu? qual cosa alla uirtu non e soggetta? qual non cede? qual non ubidisce?

Omnia sunt in potestate ac ditione uirtutis: rerum omnium regina uirtus est, dominatur, una regnat, summum ius habet, omnia regit, uirtuti cuncta parent, cedunt, subiecta sunt humana omnia: uirtus ualet ad omnia, imperium habet in omnes res, omnia tenet, possidet, iure ac potestate sua complectitur: quid est, quod assequi uirtus non posit?

Poter ottenere.

Se ti pare di poter ottenere quel che ti pensi, che possa al tuo pensiero seguire l'effetto, che debba riuscirti il pensiero a desiderato fine.

Si tibi res facultatem uidetur habitura, ut id quod cogitas, consequi posis: si uideris id posse consequi: si putas posse fieri, si euentum speras cum animo tuo congruentem, non alienum, non abhorrentem a tua uoluntate.

Potesta'.

Non e in mia potesta, il prendere consiglio, se io debba darmi, o no, al gouerno della republica.

Integra mihi res non est ad consulendum, capessam, necne, remp. non est mihi libera, non expedita, non soluta de capessenda rep. deliberatio: liberam non habeo capiendi consilij facultatem de suscipienda, gerenda, administranda rep. teneor implicatus nec mea expedire consilia possum de suscipienda rep.

Prattiche.

Fa che si uegga la tua diligenza nel fare le prattiche co' senatori, che apparisca la tua diligenza nel pratticare i senatori, nel fare ufficio co' senatori; nel richiedere e pregare i senatori.

Fac in conueniendis senatoribus tuum studium extet: in prensandis, appellandis, rogandis senatoribus adhibe studium ac diligentiam quam licet maximam: age diligenter cum senatoribus.

Prattico.

Non sei prattico, non hai esperienza, sei rozzo nelle cose: non hai maneggiato le cose.

Rudis es, ab usu rerum imperitus, experientia cares: usum rerum ignoras: non satis es in tractandis rebus uersatus.

Huomo riputato, e molto prattico ne' fatti della republica, e conosciuto per buono.

Vir clarissimus, spectatissimus, & in rep. maximis grauissimisq. caussis cognitus, atq. in primis probatus: homo ualde honoratus; multae existimationis et auctoritatis: cui plurimum tribuitur; cuius est grauissima auctoritas: cuius sententia, ac

uoluntas

uoluntas pondus habet : peritus adminiſtrandae reip. gnarus ac ſciens tractandae reip. non parum uerſatus in publica re: minime omnium peregrinus in rep. omnes reip. partes optime tenens: minime omnium rud.s in republica.

Prattiche, per hauer un magiſtrato.

Tu fai gran prattiche: ma temo non ti rieſca: ſei nel pratticare oltra modo diligente, ma non ho certa ſperanza dell'auenimento, del ſucceſſo, del fine, di quanto s'habbi da ſeguire.

Ambis, prenſas, nullum imprenſando ſtudium, nullum officium praetermittis: tam prenſas diligenter, quam qui maxime: tua eſt diligentiſſima prenſatio, in ambiendis hominibus nemo eſt uno te diligentior, nemo aptior, ſed uereor, ne non ſuccedat, exitus ne te fallat, ſpe ne fruſtreris, ne ſecus accidat, ne non ex animi tui ſententia procedat, ſuccedat, contingat, eueniat.

Pregare.

Ti prego per la noſtra amicitia, quanto maggiormente poſſo, quanto piu efficacemente poſſo, quanto poſſo il piu, con quella caldezza, che ſi puo maggiore, con l'affetto maggiore del cor mio: prieghi ti porgo tanto caldi, affettuoſi, efficaci, quanto e grande il noſtro ſcambieuole amore, quanto e grande quell'amore, che parimente ci portiamo l'uno all'altro, chieggoti in gratia, non mi negare queſta gratia, fammi degno di queſta gratia, di queſto fauore, conſolami, rendimi contento con queſta gratia

A te maximopere pro nostra summa coniun-ctione etiam atq. etiam peto, & quaeso: precibus tecum ago quam possum diligentissimis: rogo te quam studiose possum; da mihi hoc, largire: sine me hoc a te impetrare: hoc in me confer gratiae: hoc impertias gratiae: noli pati meas esse irritas & inanes preces: sit apud te meis precibus locus: exaudi, excipe meas preces: ne me rogantem suppliciter a te reijcias: meis precibus facilem te praebe.

Pregar supplicheuolmente.

Mi prego supplicheuolmente, con ogni humilta, quasi piangendo, ch'io non gli mancassi di cio c'haueua promesso.

Meam fidem implorauit: suppliciter mecum egit, rogauit me quam suppliciter potuit, ut fidem praestarem, tuerer, seruarem, soluerem, ut starem promissis, ut in fide permanerem, ut promissa persoluerem.

Prezzar molto.

A questo tempo e da prezzar molto la robba: la qualita de' tempi fa, che si debba tener in pregio la robba: deuesi tener conto, fare stima, apprezzare, hauer cara, hauer a cuore la robba.

His temporibus magni faciendae, pendendae, aestimandae diuitiae sunt: commendat nobis rem familiarem temporum ratio: ea ratio temporum est, ut plurimum diuitijs tribuendum uideatur, ut diuitias non in postremis habere debeamus, non

ultimo loco ponere, non in minimis ducere, constituere, locare.

Prezzo grande.

La mia libreria uale assai, e di gran prezzo, di gran ualuta.

Multorum nummorum est mea bibliotheca, pretij magni est, plurimi ualet, magnae aestimationis est.

Principio.

Ho dato principio all'honor mio.

Ieci fundamenta dignitatis meae: ingressus in laudem sum.

Principio di honore.

Tu sei stato fra le prime cagioni dell'honor ch'io ho: da te e nato l'honor mio: da te ha riceuuto principio la mia lode: tu fosti l'origine della mia riputatione.

Dignitati meae praefuisti: a te primum fluxit, manauit, profectus est, ortus est, natus est, extitit honor meus: tu meae laudis origo, fons, principium fuisti.

Prolungare.

La cosa e rimessa à Gennaio, e allungata infino a Gennaio, e differita, e prolungata.

In Ianuarium reiecta, producta, dilata, prolata, prorogata, protracta, protrusa res est.

Vedi che non mi sia prolungato il tempo.

Caue, ne mihi spatium producatur, dies proferatur, tempus prorogetur.

Promessa osseruata.

Attendero quello, che ho promesso: osseruero la promessa: daro effetto alla promessa: confermero le parole con gli effetti: non manchero di quanto promisi: osseruero la fede.

Praestabo fidem meam; persoluam promissum: quae pollicitus sum, exitu praestabo: soluam fidem meam: tuebor fidem meam: seruabo promissa: fidem non fallam: fidei non deero; stabo promissis.

Promettere.

Io prometto di douer operare in seruigio tuo, quanto potro.

A me omnia in te studia, atq. officia, quae quidem ego praestare potero, uelim exspectes: mea omnia studia, atq. officia tibi polliceor: praesto ne tibi semper fore uelim existimes, planeq. tibi persuadeas: si quid ualebo, ualebo tibi, hoc editum ex oraculo puta: hoc tibi confirmo, ac re praestabo, nullum me studij genus, aut officij, quod in rem tuam sit, quod ad rem, laudem, dignitatem tuam ualere uideatur, ullo esse loco praetermissurum.

Promettere sopra di se.

Voglio che tu mi paghi quel che per lui mi hai promesso: che tu attenda la promessa di lui: che tu osserui; che tu satisfacci, che tu dia effetto a quanto egli ha promesso.

Depēdendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti: pro illo solues: illius promissum praestabis pro illo satisfacies.

Prono-

Pronoſtico.

Non uoglio far cattiuo pronoſtico : mi guarderò di dir coſa, l'effetto dellaquale non uoleſsi.

Nolo triſtius quidquam dicere, nolo malis ominibus hanc rem proſequi, nolo male ominari.

Prouedere.

Habbi cura di me, prouedi a fatti miei.

Proſpice, conſule, prouide rationibus meis, ſuſcipe me, reſpice fortunas meas, tuere me, complectere, foue, fac, ut meae tibi rationes curae ſint, curam ſuſcipe rerum mearum.

Prudenza.

Tu uincerai con la tua prudenza l'altrui maluagita.

Impetum perditorum hominum tua prudentia, tuum conſilium, tuae mentis acumen, et uis eximia franget, debilitabit, irritum faciet, inanem reddet, reprimet, retundet.

Molte uolte i piu animoſi ſono manco ſaui.

Saepe, qui magnitudine animi praeſtant, prudentia minus ualent, ſaepe contingit, euenit, uſu uenit, accidit, fieri uidemus, non raro fit, non parum ſaepe fit, ut animi magnitudinem comitetur imprudentia, ut in non nullis magno animo praeditis animo praeſtantibus, prudentia requiratur, deſideretur.

Publica utilita.

E' officio di buon cittadino, il uolere in ogni coſa quel che torna bene al publico, hauer ſempre l'occhio, mirare, intendere alla utilita publi-

ca: procacciare il ben publico, amare interesse commune.

Boni ciuis est, ad bonum ciuem pertinet, bonum ciuem decet, suam uoluntatē ad publicam caussam aggregare, accommodare, adiungere, conferre, cum publica caussa coniungere, in omni sua uoluntate, quid rationes publicae ferant, quid resp. postulet, spectare, intueri, attendere; nihil umquam uelle a publica re seiunctum, alienum, disiunctum, separatum, remotum, quod reip. rationibus non conducat, expediat, utile sit, quod reip. commoda non postulent.

Punire.

Milone cercaua di punir Clodio per uia di ragione.

Milo poenas a Clodio iudicio persequebatur: id agebat Milo, ut poenas a Clodio debitas iudicio exigeret.

Se uoi castigate costui, metterete paura a gli altri.

Huius audaciam merita poena si comprimitis, ceterorum animos frangetis.

Bisogna punire i cattiui.

Animaduertendum est in homines nocentes: iusta est in homines improbos animaduersio: animaduersione uti aduersus improbos oportet: improbi afficiendi sunt poena, uindicandi, puniendi, plectendi, ulciscendi, castigandi, male multandi: sumēdum est de improbis supplicium: capere poenas de improbis aequum est: luant improbi poenas factis dignas; debitū suppliciū nefarij homines persoluāt;

digna

digna eorum factis animaduerſione improbi plectantur, afficiantur.

Q.

QVALITA.

Egli e huomo di molte qualita dotato: e perſona molto qualificata; & aſſai ricco: ſono in lui molte rare conditioni.

Honeſtus, grauis; plenus officij, bonus plane uir; & cum uirtutibus, tum etiam fortuna ſatis ampla ornatus: animi bonis abundat, nec fortunae tamen bona deſiderat; animi bona multa, nec fortunae pauca poſsidet.

Le tue qualita ti fanno amare, amabile ti rendono, ti rano gli huomini ad amarti, l'amore de gli huomini ti acquiſtano, ti partoriſcono.

Amandus es propter multas ſuauitates ingenij, officij, humanitatis: tuae tibi ſuauitates, tuae uirtutes morem hominum conciliant, adiungunt ſtudia gratiam pariunt, comparant, adipiſcuntur.

R.

RACCOMMANDARE.

Io ti raccomando queſto fatto, e queſto maneggio quãto maggiormente poſſo.

Omnem tibi rem, atq. cauſſam commendo, atq. trado: eius negotium ſic uelim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea; tibi commendo, ac trado, ut grauiſsime diligentiſsimeq. poſſum.

Io te lo raccomando caldamente, con ogni efficacia,

con

con quell'affetto che posso maggiore, quanto piu caldamente, piu efficacemente, affettuosamente posso, con l'intimo affetto del cuor mio, al pari di me stesso, con efficaci prieghi, ma non pero tali, che possano rispondere, e satisfare all'animo mio: quanto mi ami, che mi ami, certo infinitamente; tanto uoglio ch'egli ti sia raccommandato: questa mia raccommandatione uoglio che tu pensi esser tanto efficace, e nascere da un mio desiderio & affetto tanto grande, quanto e grande l'amore, ch'e tra noi; ilquale mi do a credere esser grandissimo; niuna forte di parole posso imaginarmi, che basti a raccomandarloti a mia satisfattione.

Sic tibi eum commendo, ut maiore cura, studio, solicitudine animi commendare non possim: uelim tibi persuadeas; nihil me maiore studio a te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quam si omnibus tuis opibus, omni studio eũ iuueris; peto a te maiorem in modum, uel humanitatis tuae, uel mea causa, ut eum auctoritate tua, quae plurimum ualet, conseruatum uelis, ita a te peto, ut maiore studio, magis ue ex animo petere non possim: uelim omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate, & potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam uerbis, uultu deniq; exprimas: uehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi quam maximas, quamprimum, quam saepissime gratias agat: uelim eum omnibus tuis officijs, atq. omni liberalitate tueare: si me tanti facis, quanti & ipse existimat,

stimat, & ego sentio, cures, quamprimum intelligã, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum et ipse sperauerit, nec ego dubitarim: uelim eum quamhonorificentißime pro tua natura, & quamliberalißime tractes: uelim eum quamliberalißime complectare: maximopere ut meum amicum, & ut tua dignum amicitia tibi commendo: uehementer mihi gratum erit si eum humanitate tua, quae est singularis, comprehenderis: sic tibi eum commendo, ut neq. maiore studio quemquã neq iustioribus de caußis commendare poßim: gratißimum mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, idest si eum quammaxime, quibuscunq. rebus honeste ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atq. ornaueris: peto a te maiorem in modum, ut ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fidesq. patietur, cõmodes: cures, ut is intelligat hanc meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento, et ornamento fuisse: si ulla mea apud te commendatio ualuit, (multas autem ualuisse plurimum scio,) haec ut ualeat, rogo: maiorem in modum a te peto, ut, cum omnes meos aeq. ac tuos obseruare pro nostra neceßitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat nullam re sibi maiori usui, aut ornamento, quam meam commendationem, esse potuisse: eum, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me ipsum: hanc commendationem, quam his litteris consignare uolui, scito esse om-

nium grauißimam: eum si tibi commendabo uerbis iis, quibus, cum diligentißime quid agimus, uti solemus, uix tamen studio meo satisfecisse mihi uidear: genere commendationis mirifico, eoq. plane, quod si ex intima arte intimoq. ex animo deprom-ptum, usum me putato: commodo tibi eum non uulgariter, sed ita prorsus, ut quos diligentißime, ualdeq. ex animo soleo: quanti apud te sum, tantum ualere apud te commendationem meam, effice ut intelligam: eum tu tibi commendo ea commendatione, quae potest esse diligentißima.

Racquistar l'amicitia.

Cerchero di racquistarmi l'amicitia tua; mettero studio, usero diligenza, porro cura, procaccierò con ogni studio, intenderò con ogni affetto, e diligenza impieghero ogni mia cura & industria nel racquistarmi il possesso della tua gratia; per rimettermi appresso te in quel grado di amore, onde io sono caduto: a fine che tu mi restituisca la tua gratia, tu mi renda l'amor tuo, tu mi riponga nel pristino luogo della tua gratia.

Vt mihi tua uoluntas reconcilietur, operam dabo: enitar, contendam, elaborabo, ut gratiam mihi tuam meo merito restituas, ut amissam recolligam beneuolentiam tuam, ut te mihi reddas, ut mecum in gratiam redeas, ut te mihi reconciliem, ut animus tuus, qui erat antea, idem in posterum erga me sit, ut sis in me, sicut antea, animatus, ut, si quid alienae opinionis, aut parum amicae uoluntatis ad uersus

uerſus me ſuſcepiſti, deponas, abijcias.

Ragionamento incerto.

Se ne ragiona aſſai, ma non ſe n'ha certezza: di queſto non ſe ne ſa la certezza: ragionamenti uani, ſenza fondamento, fondati in aria, nati da paſsione, o da uanita, ſenza alcuna fermezza, ſenza fermo auiſo, ſenza capo.

Rumores ſunt, ſatis illi quidem conſtantes, ſed ſine auctore: rumor eſt ſed ſine capite, ſine auctore rumore ipſo nuncio: ſermones exaudiuntur, prorſus tamen incerti, inanes, infirmi, orti ex uoluntate qui nulla uarietate nitantur, diſsipati ſine cauſa, auctore nullo: iactantur haec ſermonibus incertis: ſermones diſsipantur ij, quibus haberi fides nulla debeat, unde merito fides abſit, in quibus non ſit pondus, qui nihil certum ſequantur, qui neq. nūncijs, neq. litteris comprobentur, quos ueritas nulla confirmet, qui nulla ueritate, nullo ſatis firmo teſtimonio, nullo prorſus argumento, ratione ue nitantur.

Ragionar con lontano principio.

Io comincierò alquanto di lõtano a ragionare de' miei penſieri: ripigliando le coſe lontane, darò principio a ragionare de' miei penſieri: lontano principio haurà il ragionamento de' miei penſieri.

Altius paullo rationem repetam conſiliorum meorū: longinqua repetam, ut apertius exponā cōſilia mea: lōge repetam mei ſermonis initiū, quo pateant illuſtrius conſilia mea: longinquum exordiū

capiet

capiet hic sermo, quem de meis consilijs habiturus sum.

Rallegrarsi.

Tuo padre si e rallegrato grandemente per questo auiso, ch'e uenuto della tua dignità: ha preso gran piacere: ha riceuuto molta contentezza: ha sentito marauigliosa allegrezza: ha sentito ricrearsi l'animo di un'infinito piacere, e conforto.

Patrem tuum recens hic de tua dignitate nuncius allatus extulit laetitia, affecit laetitia; perfudit laetitia, laetitia compleuit, laetitia cumulauit: pater tuus laetitiam cepit, sumpsit, hausit; laetitia est affectus, laetatus est, gauisus est, delectatus est, recreatus est, gaudium cepit, iucunditatem hausit.

Vorrei andar in uilla per rallegrarmi alquanto, per solazzo, per spasso, per piacere, per ricreatione, per diporto, per conforto dell'animo, per alleggiamẽto dell'animo, per solleuar alquãto l'animo da pẽsieri.

Rus cogito, ut animum relaxem, animi caussa, ut animum parumper a molestijs abducam, ut aliquid iucunditatis degustem, ut aliqua iucunditate fruar, ut animus reficiatur, recreetur, parumper acquiescat a curis; ut animum, curis distractum, uarieq; dissipatum, recolligam; ut amissam animi iucunditatem recipiam; ut quam mihi negotiorum & curarum odiosa consuetudo hilaritatem ademit, abstulit, eripuit, in me extinxit, perdidit, eam rerum iucundissimarum aspectu, atq; usu recuperem recipiam.

Rappaci-

Rappacificato.

Io mi sono rappacificato co' miei nimici: io sono ritornato in amicitia: son ritornato in gratia: son reconciliato co' miei nemici: ho fatto pace, ho diposto l'inimicitie: ho diposto l'odio: ci siamo congiunti in amore: non e piu tra noi scintilla di odio: spento e affatto l'odio, e l'inimicitia passata: l'odio e partito, e l'amore e tornato: habbiamo posto fine all'inimicitie, terminati gli odij, cacciato dell'animo ogni cattiuo talento: e rimessoui amicheuole affetto, e benigni pensieri.

Cum inimicis in gratiam redij, reconciliatus sum, reiecto odio me coniunxi, pacem coiui: inimicitias, simultates, odia deposuimus, abiecimus: omnem ueterum iniuriarum memoriam, omnem ulciscendi uoluntatem ex animo deleuimus: pulso odio successit amor; odium amore commutauimus: depositis odijs, mutuam beneuolentiã suscepimus: orta est inter nos, uetere prorsus extincto odio, mutua beneuolẽtia, animorum nostrorum in amore mutua consensio, ad amandum mutua propensio; animorum ac uoluntatum similitudo.

Recarsi in se stesso.

Recateui in uoi stessi, e considerate attentamente, l'instabilita della fortuna.

Intendite animos uestros; ipsi uobiscum consulite; inite consilia cum animis uestris, & quae sit fortunae uicissitudo, quae mutatio, qui fluctus rerum humanarum, quam uaria tempestate iactetur

hominum

hominum uita, cogitate, animaduertite, attendite. examinate, perpendite, cum ratione, tamquam ae quißima lance, diligenter aestimate.

Reggersi a modo altrui.

Veggio, che tu ti lasci gouernar da altrui, e non da te stesso: conosco, che l'altrui consiglio, e non il tuo, ti regge, gouerna, guida, conduce: comprendo, che nelle tue operationi non e tua guida il tuo giudicio ma l'altrui consiglio: mi accorgo, troppo bene intendo, che fai a modo altrui piu che di te stesso, che tu segui l'altrui consiglio piu che il tuo.

Video te auferri altorum consilijs: intelligo, sentio, non te tuo duci, sed alieno abduci consilio: non tuum iudicium, sed aliena consilia sequi mihi uideris: non ipse te in consilium adhibes: non ipse te audis non ipse tibi pares, morem geris, obtemperas, obsequeris, assecutus; sed alieno uteris consilio, aliena te consilia regunt, ab alienis consilijs uoluntas tua pendet: non ipse tibi dux es; uerum alios sequeris.

Render ingiuria.

Tu mi hai fatto torto; ma uenira tempo ch'io te la rendero, che i tuoi meriti riconoscero, che ne hauerai da me la ricompensa, che le douute gratie ti rendero.

Inique mecum egisti; sed erit, cum tibi idem reponam: iniuriam fecisti, iniuriam aduersus me intulisti, iniuria ma affecisti, laceßisti, prouocasti, iniuriose me tractasti, acerbe, inique, amare, cōtra iura

omnia

omnia, aduerſus iniuſtitiae leges, contra quam iuſtitia praeſcribit; ſed parem aliquando gratiam referam, pari te munere remunerabor, par pari referam, merita meritis compenſabo.

Republica.

Deue ogniuno attendere alla republica, come al proprio intereſſe: deue ad ogniuno eſſere a cuore l'intereſſe publico non meno che il proprio: debbiamo amare il ben commune, l'utile della citta, il commodo publico, tutto cio che puo giouare alla republica, cõ quell'iſteſſo affetto, che amiamo e noi iſteſſi, e le coſe noſtre.

Debet unuſquiſq. ſuam uoluntatem ad publicam cauſſam aggregare: remp. curare, reip. curationem habere, reip. rationibus conſulere eo ſtudio debemus, quo rem noſtram familiarem, quo fortunas noſtras, quo priuata commoda tueri, complecti, fouere ſolemus: unuſquiſq. aeq. publicam rem curet, ac priuatam.

Reſiſtere.

Io feci reſiſtenza al ſuo maluagio deſiderio: mi oppoſi all'impeto maluagio del ſuo deſiderio: raffrenai l'iniquo ſuo deſiderio: fu impedita da me, e piu oltre non pote procedere l'ingiuſta ſua uoglia: io feci, operai, fui cagione, ch'egli non deſſe effetto al ſuo triſto penſiero, che non conduceſſe ad effetto il ſuo maluagio deſiderio, che non mandaſſe ad effetto le ſue dishoneſte, nefande, ſcelerate uoglie.

Improbam illius cupiditatẽ refutaui, repreſſi,

-tetudi, fregi: obieci me, opposui illius cupiditati, libidini, intemperantiae: feci, atq; effeci, ne posset cupiditati suae satisfacere, libidini obtẽperare, iniq. cogitata perficere, improba consilia ad exitum perducere: longius cupiditatem processisset, nisi ego incurrissem, occurrissem, obuiam iuissem, impedissem: impedimento fuissem, impedimenta obiecissem: rapiebat eum cupiditas; ego repressi; efferebat eum libidinis impetus: ego modum statui.

Rettore.

Gouerno bene la prouincia: egregiamente si porto nel gouerno della prouincia: resse la prouincia con somma lode di giustitia, continenza, humanita, uigilanza: nel gouernare la prouincia pareggio la lode di coloro, la memoria de' quali per molte opere illustri, e molti honorati effetti di giustitia uiuera sempre ne gli animi de gli huomini.

Prouinciam rexit praeclare, egregie administrauit, cum laude gessit: magna uirtutis, & innocentiae fama prouinciae praefuit: in illius administratione prouinciae summa uirtus enituit: in gerenda prouincia laudes illorum aequauit, quorum nomina propter egregia facta, singularemq. iustitiam perpetuo uiuent in animis hominum, quorum uigebit memoria in omnes annos, multis testata expressaq. recte factorum monumentis, quorum memoriam ob iustitiae praeclara facta excipiet, ac tuebitur immortalitas.

Ribellare

Ribellare di nuouo.

Di nuouo ſi e ribellato.

Ad eundem furorem rediјt, iterum defecit a fide, & a priſtina mente deſciuit, diſceſſit, abductus eſt.

Ricambiare.

Hora tu ſarai pienamente ricambiato da me de'tuoi benefici ſarai ricompenſato, rimunerato, riconoſciuto, di quanto per mia cagione hai operato, di quanto hai fatto a beneficio mio, de'tuoi meriti uer ſo me: hora ti renderò il contracambio de'benefici da te riceuuti: hora paghero quel, che ti debbo hora mi ſgrauero del peſo, che m'hai impoſto con tanti amoreuoli effetti: hora mi ſcioglierò da quel nodo, che cotanto mi ſtringe, di tanti tuoi meriti, tante amoreuoli dimoſtrationi, tante affettuoſe opere, e corteſi effetti.

Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberrime capies, percipies, ex me colliges, feres: remunerabor te: remunerabor tua merita; reddam beneficia: parem gratiam referam: tuis beneficiјs reſpondebo quae debeo, ſoluam: eo, quo premor, tuorum beneficiorum onere leuabor: beneficia beneficiјs compenſabo. probabo me gratum, ac memorem paribus officiјs: cumulate tuis in me meritis, ſatisfaciam: quae in me contuliſti, eadem recipies, aut paria: laxabo me quaſi uinculis quibuſdam, ſi plane ſoluere non potero, beneficiorum tuorum.

Ricchezze.

Noi poßiamo facilmente perdere i beni della fortunà: non è sicura, ne stabile la robba: facilmente dal più sublime grado delle ricchezze in humile stato, e bassa pouertà si può cadere; è dubiosa molto la possessione delle ricchezze.

Quae nobis fortuna largitur, detrahi, eripi, adimi, auferri, mutari facile possunt, admodum incerta, instabilis, dubia, infirma diuitiarum poßeßio est: usum diuitiarum nemo sibi certum ac perpetuũ potest promittere quis praestare poßit, diuturnam fore diuitiarum possessionem.

Ricco.

Chi potrebbe, per ricco ch'egli fosse, resistere a così gran spesa? chi poßiede tante ricchezze chi è de' beni della fortuna così bene agiato, chi ha tante facoltà, chi tanto abonda di robba, che potesse sopportare il peso di cotante spese?

Quis ita firmus ab opibus est, quis ita fortunae bonis affluit, atq. abundat, cuius tantae diuitiae sunt, quis tantum poßidet diuitiarum, quis opibus adeo pollet, cui res familiaris ita copiosa est, cui tantum fortuna largita est, de suis bonis impertiuit, communicauit, ut sustinere sumptum poßit, ut respondere sumptui poßit, ut sumptum ferre satis poßit, ut, quantum res postulat, tantum facere sumptum tantum erogare poßit.

Egli era assai ricco.

Satis erat diuitijs instructus, munitus, paratus

a re:

a re: res erat ei familiaris ſatis ampla: ſatis habebat, ſatis poßidebat diuitiarum: ſatis ei diuitiarũ erat: minime erat ei anguſta res domeſtica: ſatis ualebat opibus.

Pur che tu torni ricco, torna quanto tardo che tu uuoi.

Serius potius ad nos, dum plenior, inſtructior, copioſior, ditior, locupletior, opulentior, a re firmior, a diuitijs inſtructior, ab opibus paratior.

Ricompenſa.

Hora da me ſarai pienamente, abondantemente, copioſamente, ampiamente ricompenſato de' tuoi benefici.

Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberrimos capies. *Vedi la parola, Ricambiare: dou'e ſotto il medeſimo concetto maggior copia di locutioni.*

Ridurſi a tale.

A tale ſi riduſſe, che non hauea da uiuere: uenne a termine, che le coſe al uiuer neceſſarie gli mancauano: a tale ſtato ſi conduſſe, che per ſoſtentare la uita, il modo gli mancaua: talmente la fortuna lo affliſſe, cadde in tanta miſeria.

In eũ locum deductus eſt, eo deuenit, eo redactus eſt miſeriarum, in eas coniectus eſt anguſtias, eo redactae ſunt fortunae ſuae, eo eſt a fortuna deiectus

detrusus, deturbatus, eo cecidit, ut, unde uiueret, non haberet, ut ei ad uictum necessaria minime suppeterent, ut inopia premeretur earum rerum, sine quibus uix, aut ne uix quidem hominum uita sustentatur, ut ea desideraret, ea requireret, quae uiuendi necessitas postulat, atq. exigit; ut ijs rebus destitueretur, careret, ab ijs esset rebus imparatus, earum rerum esset inops, ab ijs rebus inops, egens, ea illi deessent, ea illum deficerent, earum rerum inopia laboraret sine quibus aegre uiuitur, uel potius nullo modo uiuitur.

Ridursi in ultima miseria.

Io ti ueggio ridotto a termine, che niun'huomo puo saluarti, che alla tua ruina non e rimedio, che la tua salute e disperata, che de' casi tuoi non si puo punto sperare.

Eo te redactum uideo, ut ope humana seruari non possis, ut actum prorsus de te sit, de tuis fortunis, de salute tua, ut spem habere melioris fortunae nullam possis, ut spes melioris euentus nulla relinquatur, ut ipsa te salus seruare non possit.

Riguardo.

In ogni cosa hauero riguardo all'honor tuo, mirero al l'honor tuo, hauero rispetto all'honor tuo, inãti a gli occhi mi proporro l'honor tuo: la tua riputatiõe e la tua lode mio principale oggetto sara attẽdero alla cõseruatiõe et accrescimẽto dell'honor tuo; mireranno i miei pẽsieri, itẽdera l'animo mio, e la mẽte mia all'interesse dell'honor tuo, a procacciarti honore.

Magnam omnibus in rebus tuae dignitatis rationem habebo : ſemper mihi tua dignitas ante oculos erit, propoſita erit, erit antiquißima : meae cogitationes tuam laudem ſpectabunt: animus meus in honore tuo fixus erit, ac locatus : in omni re, quiret, honor tuus poſtulet, quid ferat, quid requiret attendam.

Infin'hora non ho punto atteſo all'util mio, non ho mirato all'intereſſe delle coſe mie, non mi ſono curato, non ho fatto ſtima, non ho prezzato, non ho hauuto l'occhio, non ho meſſo cura, non ho poſto mente all'util mio.

Nullam hactenus utilitatis meae rationem habui, duxi, ſpectaui : quid eſſet e re mea, in rem meam, quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret, conueniret, quid rebus meis expediret, prodeſſet, conduceret, utile eſſet, utilitatem afferret, utilitatis eſſet, emolumento eſſet, bono eſſet, fructum pareret.

Rimunerare.

Non potrò mai ſodisfare a parte alcuna de'tuoi benefici: non potrò mai renderti ugual beneficio con gli effetti, ne pure col penſiero : non mi ſciolgerò mai da quel ſtretto nodo, onde mi hanno legato i tuoi meriti infiniti: non potrò mai ricambiarti, ricompẽſarti, ſodisfarti di cotali, e cotanti benefici.

Nullam umquam tuorum meritorum partem aſſequar; numquam non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia tuum beneficium cõſequar.

Vedi la parola, Ricambiare.

Rimuouere.

Tu non rimuoui mai l'animo da' uitij: tu non lasci mai il pensiero di commettere uitij: tu pensi sempre a' uitij: altro mai nell'animo tuo, che maluagie opere, non riuolgi.

Nunquam a uitijs animum, mentem, cogitationem abducis: numquam de uitijs non cogitas: haerent in animo tuo studia uitiorum: numquam tua mens ab improbis cogitationibus discedit, abducitur, auellitur: uitia semper cogitat animus tuus.

Rinouare.

Tu mi hai rinouato il dolore.

Dolorem meam refricasti; sopitum excitasti dolorem meum, quem dies iam paene sanauerat.

Rrtareipo le parole.

Persone molto honorate mi hanno riportato le tue parole, hanno ridetto, hanno fatto sapere, hanno manifestate, narrate, esposte le tue parole.

Tuus ad me sermo per homines honestissimos perlatus est: tuum ad me sermonem detulerunt homines honestissimi, mihi significarunt, aperuerunt, narrarunt, ipsa mihi uerba tua exposuerunt.

Riposo.

Faro, che uiuerai in uita riposata: rendero quieta la tua uita: faro che lo stato tuo sara tranquillo, e quieto, che quietamente uiuerai, che la tua quiete non sie interrota da ueruna molestia, che l'animo

tuo

tuo non ſie moleſtato da penſieri alla tua quiete contrari.

Praeſtabo tibi otium: efficiam, ut quiete fruaris, ut quiete agas, quiete uiuas, quietam uitam ducas, ut ſumma ſit rerum tuarum tranquillitas, ſumma tui animi quies: ut otio tibi frui liceat, otioſe uiuere, otioſam uitam agere, peragere, ducere, traducere, uiuere.

Riprendere.

In queſto gli Stoici riprendono, trattano male, biaſimano, accuſano Epicuro.

In hoc Epicurum Stoici male accipiunt, exagitant, inſectantur, conuicijs urgent, carpunt.

Mi riprendono, accuſano, biaſimano, incolpano.

Vitio mihi dant, uitio uertunt, fraudi tribuunt, hoc in me conferunt, hoc mihi adſcribunt, hac me culpa condemnat, hanc in me culpam conferunt, huius mihi culpae notam inurunt, hoc me nomine accuſant.

Eſſi piu di te ne ſaranno biaſimati.

Id maiori illis fraudi, quam tibi, erit: hoc illis plus inferet infamiae, quam tibi plus illi ſubibunt infamiae, quam tu: hoc illis uitio magis tribuetur, quam tibi.

Riputarſi.

Io non mi reputo per tanto ſauio: io non mi tengo da tanto: cotanto non mi apprezzo, a coſi alto grado di ſapere non penſo io di eſſer ſalito.

Hoc mihi non ſumo, non aſſumo, non arrogo,

non

non adſciſco: ad hunc me ſapientiae gradum peruenisse non puto: eam mihi ſapientiam contigiſſe non ſentio: fateor eo me ſapientiae non perueniſſe, ea me ſapientia non eſſe, non uſq. adeo me ſapere: non ita mihi placeo: non ita mihi aſſentor: non eam de me opinionem ſuſcepi: non ita me effero. non mihi tantum tribuo: non in me tantum ſtatuo, pono, loco: non ipſe mihi tanti ſum: non ita ualde me amo: non ipſe me tanti facio, aeſtimo, pendo, puto, reputo, duco.

Riputatione.

Se potrai gittar a terra l'opinione de' tuoi auuerſari, gran riputatione fie la tua nel ſenato.

Pulcherrime ſtabis in ſenatu, ſi tuorum aduerſariorum ſententiam fregeris: locum obtinebis honeſtiſſimum in ſenatu: magna tua erit in ſenatu exiſtimatio.

Tu non ſei in alcuna riputatione.

Prorſus iaces: nulla tua exiſtimatio eſt: nullum apud homines locum obtines: nullo loco es: nullus es: nullo in honore es: nullius te pretij homines ducunt.

Quanto piu i tuoi nimici cercheranno di nuocerti, tanto maggiormente creſcerai di riputatione, tanto piu rilucera l'honor tuo, tanto maggiore diuerra la tua lode, tanto piu alto ſalira la gloria del tuo nome, tanto piu chiaro apparira il tuo ualore, e per conſeguenza tanto maggiore fie la tua lode.

Illuſtrabit amplitudinem tuam inimicorum iniuria:

iuria: quo plus ad te oppugnandum ſtudij confe-rent inimici tui, quo erit grauior in te impetus ini-micorum tuorum, quo ſtudioſius euertere te, ac tua commoda conabuntur, quo acrius, ac uehe-mentius in te irrumpent, irruent, incurrent, inua-dent, impetum facient, impreßionem facient, ſuas uires intendent, ſuos neruos contendent, ſeſe immit tent; eo maior ad tuam exiſtimationem fiet acceſ-ſio, eo plus accedet ad tuam laudem, eo clarius tuae ſplendor dignitatis elucebit, eo clarior atq. honora tior euades, eo tua laus fiet illuſtrior, eo magis au-gebitur, amplificabitur, extolletur, illuſtrabitur bonor tuus, eo ſublimius tui gloria nominis adſcen-det, extolletur, efferretur euchetur; eo plus ampli-tudinis, dignitatis, gloriae, laudis exiſtimationis, honoris acquires, obtinebis, aſſequeris, conſeque-ris, adipiſceris, tibi parabis, tibi paries, tibi com-parabis.

Alcum banno a male di uedermi coſi honorato in que ſta republica.

Sunt, quos meus in hac republica ſplendor offen dat, quos mea dignitas urgeat, urat, torqueat, ex-cruciet, pungat, grauius afficiat; quibus dolori ſit honor meus, quos amplitudo mea laedat, male habeat, dolore, moleſtiaq. afficiat.

Non ho dubio, che tu non ſia per eſſere il piu honora-to della citta.

Non dubito, quin ſummum atq. altißimum gra dum ciuitatis obtineas: nulla me dubitatio tenet,

nihil mihi dubitationis relinquitur, non est cur dubitem, quin ea consequaris, quae in repub. putantur esse amplißima: quin futurus in ciuitate sis honestissimus, amplißimus, eximius, honestissimo loco, summo loco, singulari loco.

Tu sei nella tua citta molto stimato, prezzato, riputato, honorato, in gran pregio, in grande stima, in grã conto, in gran riputatione, in grande opinione.

Vales auctoritate apud tuos ciues: magnus atq. honestus es in ciuitate: magno es in honore, ac nomine apud tuos ciues: magni te facit patria tua, multum tibi defert, multum tribuit.

Questi pochi giorni, che hai studiato, ti hanno messo in qualche riputatione.

Paucorum dierum studio consecutus es, ut aliquo numero esses, ut aliquid haberes inter homines honestatis, ut aliquem inter homines locum obtineres, ut aliquo apud homines loco esses, ut aliquam tibi adscisceres existimationem, ne prorsus iaceres, ne plane ignobilis, obscurus, uilis, abiectus, nullius honoris, ac nominis, esses: ne nullus omnino esses: ne nullo plane loco esses: ne tua esset inter homines obscura, aut infima condicio, parumper te honestauit, aliquo te in numero constituit, aliquem tibi locum tribuit, comparauit, peperit paucorum dierum studium.

La riputatione.

Existimatio, dignitas, honestas, honor, optima fama, amplitudo, honesta opinio.

I tuoi libri ſono in riputatione appreſſo tutti.

Libri tui omnibus uigent: egregia de tuis libris opinio eſt, exiſtimatio eſt: praeclare de tuis libris omnes exiſtimant, ſentiunt, iudicant: tui libri magno apud omnes in honore ſunt, omnium iudicio probantur, laudibus, ac teſtimonijs ornantur, in manibus ſunt, in manibus habentur, manibus teruntur, ſinu fouentur; circumgeſtantur, circumferuntur, aſsidue tractantur, diligenter euoluuntur, accurate, ac ſtudioſe lectitantur.

Riſanarſi.

Io non ſono ancora interamente riſanato: io non mi ſono infin'hora compiutamente rihauuto dal male: non poſſeggo ancora la priſtina ſanita: non ſono ancora ritornato nel primiero grado di ſanita: non ho infin'hora ricouerate, racquiſtate, ripigliate, ripreſe le mie paſſate forze, le ſmarrite forze.

Non dum uires colligere potui, non dum ſatis firmo ſum corpore, non dum priſtina mihi reſtituta ualetudo eſt: confirmatus a morbo non dum omnino ſum, non dum plane conualui, quas morbus mihi uires ademit, abſtulit, eripuit, non dum prorſus recuperaui, recepi, reuocaui, priſtinam ualetudinem non dum ſatis mihi uideor aſſecutus: ualetudine non dum utor plane commoda: paullo adhuc deterius, aliquanto deterius, quam ſolebam, ualeo: non, ut ſolebam, ualeo, minus firmiter, minus belle, non dũ utor priſtina ualetudine: priſtinas uires quadam ex parte deſidero.

Riſpetto.

Riſpetto.

Egli ruino per non hauer riſpetto a chi doueua, per non hauer riguardo, per non ſi curare, per non tener conto, per non far ſtima, per non hauer in pregio, per non portare alcun riſpetto, per tener a uile, per non gradire, per non tener in grado, per non mirar punto a chi era tenuto.

Cecidit, concidit, perditus eſt, extinctus eſt perijt, exitium, perniciem, ultimã calamitatem ſubijt, ſuſtinuit, tulit, perpeſſus eſt, ſenſit: extremam fortunam ſubijt, audiuit, ſenſit: deiectus eſt in miſer mam uitam, ſummas miſerias: ſummas calamitates, duriſſima quaeque, acerbiſſima quaeque, miſerrima quaeque, poſtrema quaeque, quia, quos maxime debui, eos minime ueritus eſt, contempſit, nihili fecit, aſpernatus eſt, nullo loco habuit, mini mi duxit, habuit in poſtremis, quos minime debuit, quos minime aequum erat: nullam rationem habuit, duxit eorum uoluntatis, aut commodi, a quibus pendere, quorum uoluntatem remq. ſpectare, quibus conſulere, quorom rationibus conſultum uelle debuit: quorum uoluntati parere, obſequi, morem gerere officio cogebatur.

Riſtorare.

Se la fortuna ti ha nociuto, la uirtu ti riſtorera: renderatti la uirtu quello, che la fortuna ti ha tolto: il danno dalla fortuna riceuuto ti fie riſtorato, e cõ pari utilita ricompenſato dalla uirtu, quanto piu acerba, e nimica hai prouata la fortuna, tanto mag

giormente

giormente guſterai la dolcezza, e la cōmodita de' beni della uirtu, rimedio, e medicina di que' mali fie la uirtu, doue la fortuna ti ha ſoſpinto, ne' quali per cagione della fortuna ſei caduto.

Quod a fortuna damnum accepiſti, tuliſti, resarciet, compenſabit uirtus: medebitur ijs malis uirtus, quo te fortuna coniecit, quibus te afflixit fortuna: quibus te calamitatibus implicauit fortuna, ijs te uirtus expediet: ut acerbam fortunam ſenſiſti, ita dulcem, ac ſuauem uirtutem experieris: quantum detrimenti, incommodi, calamitatis, malorū a fortuna tuliſti, tātos a uirtute, atq. adeo maiores fructus capies, percipies, feres, colliges.

Ritornare.

Tornò finalmente nella patria.

Aliquando, deniq demum, poſt diuturnum tempus, longo temporis interuallo, cum temporis multum iam abijſſet, tranſacto iam multorum annorum ſpatio, redijt, reuertit, reuerſus eſt, recepit ſe ad ſuos lares, patria incunabula, patrias ſedes.

Riuiere.

Volontieri conuerſo nelle riuiere.

In maritimis facillime ſum: iucundae uerſor in maritimis: maritima loca cum uoluptate frequento: maritima regione libenter utor: in ora maritima uerſari iucundū eſt: maritima ſedes me capit, oblectat, tenet: paſcor maritimae regionis aſpectu: meis oculis regione maritima nihil eſt iucundius: mirā haurio iucunditatem maritimae regionis aſpectu.

Riuolgere.

Riuolgere.

Vedero di fare, che Francesco, lasciato ogni altro pensiero, attendera, intendera, si riuolgera all'honor tuo, ogni suo studio riuolgera, impieghera, spendera, consumera, porra nell'honor tuo.

Dabo operam, ut Francisci animum ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducam, conuertam; ut Franciscus omnia sua studia tuam ad dignitatem conferat, tua in dignitate figat, locet, statuat, ponat, tuae dignitati dicet, dicata uelit, aßignet, dedat.

Riuscire contra l'opinione.

Temo, che non sara de' tuoi studi quella riuscita, che si aspetta; non seguira de' tuoi studi la riuscita, quale si aspetta, come si crede, all'aspettatione de gli huomini conforme: non risponderanno gli studi tuoi all'opinione de gli huomini: non riuscirai ne gli studi nella maniera che si aspetta: non fie de' tuoi studi, qual si crede, la riuscita, il successo, l'auuenimento, il fine: non seguiranno de' tuoi studi quelli effetti, a quel fine che si aspetta.

Vereor, ne, quam de tuis studijs exspectationem concitasti, hanc sustinere, ac tueri poßis: uereor, ut studia tua exspectationi hominum respondeant: timeo, ne studiorum tuorum euentus ab hominũ opinione dißẽtiat, alius atq. exspectatur, existat; timeo, tuis studijs nõ is, qui exspectatur, exitus contingat: magna me dubitatio tenet, ne nõ eũ, quẽ homines exspectant, studia tua fructum ferant.

Riuſcita buona.

Deſidero, che bene te ne auuenga, che te ne troui contento, che tu ne riceua contentezza, che tu ne ſenta lunga allegrezza, che tu ne proui quanto deſideri.

Quod actum eſt, dij approbent, ſuccedat ex animi ſententia, ſuccedat optime, egregie praeclare cadat, procedat, optatum finem ſortiatur, exitum habeat cum animo tuo congruentem, quem uis euentum ferat: acta dij fortunent, confirment, rata eſſe uelint.

Robba.

Tu non penſi ad altro, che alla robba: altroue, che alla robba, l'animo tuo non mira: tu intendi a farti ricco: i tuoi penſieri alle ricchezze intendono.

In re familiari augenda totus es: praeter diuitias, nihil ſpectas: tuum omne ſtudium in quaerendis opibus conſumis, locas, conſtituis: totus in diuitias incumbis, id unum agis, eo tantum ſpectas, eo tuum ſtudium dirigis, conſers, tuum conſilium illud eſt, tua plane ſingularis cogitatio, ut diuitias tibi pares, compares, colligas, congeras, ut opes quaeras, habeas, poßideas: ut opibus abundes, affluas, ut diuitiae tibi redundent, tibi adſint maximae, tuam in demum frequentes confluant, ut diues ſis copioſus, locuples, plenus, bene nummatus, multarum poſſeßionum praeſidio munitus, inſtructus, paratus, minime inops a re familiari, a re domeſtica, a

diuitijs, ab opibus, a copijs, a fortunis; ut abundes; ut cumulate poßideas : ut uberrima ſint omnia; ut omnium rerum ubertate floreas, ut fortunae tibi ſint amplißimae.

Pur che l'honor mi ſi conſerui, non mi curo di perder parte della robba.

Sit modo dignitas incolumis, adimi de fortuna, detrahi de fortuna, fortunam comminui, fortunarum iacturam fieri, fortunae detrimento non recuſo, contemno, nihil duco, in minimis pono.

Queſto non ſi fa, non ſi opera, non ſi ottiene con la uirtu, ma con la robba : non e queſto effetto della uirtu; ma della robba : non prouiene queſto, non dipende, non naſce dalla uirtu, ma dalla robba.

Copiarum hoc potius eſt, quam uirtutis : non hoc in uirtute, ſed in opibus ſitum eſt : facit hoc non uirtus, uerum copia diuitiarum : diuitiarum, non uirtutis, hoc eſt : pertinet hoc ad copias, non ad uirtutem : non hoc uirtus, uerum diuitiae praeſtant : pendet hoc a diuitijs, non a uirtute.

La tua robba e mandata a male, e mal trattata, uien diſtrutta, gran danno riceue.

Fortunae tuae dißipantur : res familiaris tua diſperditur, disijcitur, imminuitur, perditur, damnis afficitur, accipit iniuriam, diſtrahitur : detrahitur de tuis fortunis : iniurioſe tractãtur fortunae tuae : damna inferuntur fortunis tuis : inuaduntur fortunae tuae : irruitur, impetus fiunt in fortunas tuas.

Rozzo.

Non ſei pratico: hai poca eſperienza: non hai conuerſato: ſei rozzo, nuouo, come foreſtiero.

Rudis es, imperitus, nullius experientiae, uſu minime doctus uſu expers, rudis in rebus, nouus, tamquam hoſpes, plane peregrinus, ab uſu rerum imperitus, parum uerſatus in rebus, rerum inſciens, ignarus, expers peregrinaris in rebus: res non traɛtaſti: experientia uacas: uſum non habes.

Ruina.

Tutti i tuoi per tua cagione ſono ruinati: da te e nata la ruina de' tuoi; tu hai diſtrutto i tuoi: per tua colpa ſono caduti i tuoi in eſtrema fortuna: hai condotti i tuoi nello ſtato miſero doue ſono.

Tu tuorum omnium ſalutem efflixiſti: tuos perdidiſti: tuos euertiſti fortunis omnibus: tuis exitium peperiſti, perniciem attuliſti, ſummam calamitatem, ac peſtem importaſti: in ultimum diſcrimen, in miſerrimum ſtatum, in hanc omnium deterrimam, omnibusq. miſerandam condicionem tuos adduxiſti.

Innanti la ruina tu eri liberale, hora ſpendi aſſai poco in ogni coſa.

Saluis rebus, rebus non dum perditis, cum ſalui eramus, ante publica mala, dum reip. ſalus erat integra, incolumi republica, ſtante rep. uigente rep. cum reſp. ſuum ius obtineret, ſui iuris eſſet, ſuũ ius poſſideret, ſuo iure uteretur, cum optimus eſſet reip. ſtatus, ante caſum reip. antequam reſp.

 conciderет,

concideret, occideret, periret, liberaliter agebas, liberalitatem colebas, exercebas; liberalitate uteb aris, eos, quibus cum tibi res esset, liberaliter tractabas: nunc in omni re frugaliter, parce, tenuiter, restricte, infra modum potius, quam supra modum sumptum facis; in faciendo sumptu parcus es, & illiberalis; satis moderate, uel anguste potius impensam facis: tuos sumptus nimis ad frugalitatem reuocas, nimis accurate frugalitatis regula metiris.

Mi dolgo, quanto ogni altro, della ruina della patria.

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peste patriae molestiam traxerit: exitio patriae ita doleo, ut nemo magis, tam doleo, quam qui maxime; angor, torqueor, crucior, solicitor, afficior pernicie patriae, sic, ut nemo umquam ex ullo casu, aut ulla omnino calamitate plus hauserit acerbitatis, grauius doluerit, maiorem dolorem ceperit, maiorem in solicitudinem inciderit, deuenerit, adductus sit.

La fortuna distruggera, condurra fine, con le sue forze affligera le maggior citta.

Vi fortunae aliquando perculsae, & prostratae iacebunt, fortunae uiribus perculsae concident aliquando florentissimae urbes: praeclaras urbes obscurabit aliquando, atq. extinguet, tollet, perdet, male perdet, prorsus affliget, plane opprimet, penitus euertet, omnino delebit fortunae uis: erit aliquando, cum urbes amplissimae iaceant, perculsae ui fortunae, atq. prostratae.

La republica in tutto e ruinata, ha perduta ogni salute, e ridotta a niente, e distrutta affatto, e spenta, afflitta, misera in ogni parte.

Perijt respublica, concidit, nulla prorsus est, formam plane pristinam amisit: auctum est penitus de republica: formam, imaginem, simulacrum ueteris reip. nullum agnosces: uestigium reip. nullũ superest: fuit resp. communis res ita dilapsa est, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, prorsus ulla relinquatur: perijt omnino reip. salus: non aduersa tantum est, uerum etiam penitus euersa fortuna reip. fractae sunt opes, afflictae uires, amissa dignitas, extincta salus reip.

Ho perduto cio, ch'io haueua: ueggomi priuo di quanto haueua: ogni mia sostanza e mancata: tutte le mie faculta sono ite a male.

Omnes & industriae, & fortunae fructus perdidi: perierunt omnes fortunae meae: euersae sunt, ac perditae meae res omnes, rerum mearum quid iam habeo? quid possideo? quid mihi reliquum fortuna fecit? ex meis pristinis ornamentis, & commodis, nullum obtineo: mearum omnium fortunarum iacturam feci, perniciem tuli, subij, passus sum: prorsus actum est de rebus meis: nihil mihi iam reliqui fortuna fecit: ita perij, ita sum perditus, ut salutem plane desperem: oppressae iacent grauissima fortuna meae res omnes: ita perditae sunt fortunae meae ut eas seruare ne salus quidem ipsa possit.

S

SACCHEGGIARE.

Saccheggiò il paese: mise a sacco il paese: fece preda per il paese.

Prouinciã diripuit, uastauit, depraedatus est, rapinis exinaniuit, exhausit: praedas egit e prouĩcia.

Saluezza.

Ho saluata la patria, ho liberata la patria dalla ruina: io sono stato la salute della patria: per opera mia sta in piedi la patria: cadeua la patria, se io non l'hauessi sostenuta.

Patriam seruaui: patriam ab exitio uindicaui: patriae incendium extinxi: salutem attuli, peperi, dedi patriae: opera mea patria stat: cadentem patriam sustinui, labantem confirmaui, labentem excepi: ego salus patriae fui; me salutem accepit patria; patriam ab exitio, a pernice, ab interitu, a peste eripui, liberaui, tutatus sum, patriae mala sanaui: patriae salutem attuli, incolumitatem peperi, pestem abstuli: grauiter laboranti patriae opem tuli.

Salutare.

Rendoti molte gratie, mi hai fatto gran piacere, perche l'hai salutato in nome mio.

Quod eum soluere a me iusseris, meo nomine salutaueris, quod ei meis uerbis salutem dixeris, amo te plurimum.

Sanita.

Io sto bene: io son sano: mi sento bene: mi contento di

questo

queſto ſtato di ſanita: mi ſento gagliardo: ho forze da ſano.

Bene me habeo: mihi bene eſt ſatis commode, ſatis belle habeo: bene ualeo: commode ualeo: ualetudine bona utor, mihi eſt, ut uolo: quales cupio uires poßideo: uiribus utor firmis: roboris, uirium, ualetudinis habeo ſatis.

Sapere.

Io ſo in che ſtato ſei: conoſco lo ſtato delle coſe tue: ueggo come ſtai: ho notitia delle coſe tue: ſono informato dello ſtato tuo.

Noui, cognitum habeo, probe teneo ſtatum rerum tuarum: qui ſit rerum tuarum ſtatus, optime ſcio, praeclare noui, egregie intelligo, de tuis rebus plane mihi conſtat, exploratum eſt, exploratum habeo, compertum habeo, mihi dubium non eſt, obſcurum non eſt, non me fugit, latet, praeterit ſtatus rerum tuarum.

Saper di certo.

Voglio che tu ſappi certo, che niuno piu di lui ti ama; che tu tenga per fermo: che tu creda fermamente: che tu porti ferma opinione: che tu ti dia a credere: che tu non dubiti punto: che tu habbi certa credenza: che nell'animo tuo alcun dubio non rimanga: che tu creda a me come ad un'oraculo, quanto un'huomo ad un'altr'huomo puo credere; quanto maggiormente ſi puo, quanto ſi poſſa il piu.

Sic habeto, illum nemini concedere, qui te magis ex animo diligat, te illi neminem eſſe cariorem,

neminem illo esse ad te amandum propensiorem, singularem illius esse in te beneuolentiam, summam in illo esse ad te amandum animi propensionem: uelim sic habeas, pro certo habeas, plane credas, tibi persuadeas, prorsus animum inducas, in animum inducas, cum animo tuo constituas, pro certo habeas, pro explorato, pro comperto, oraculi loco, minime dubites, minime dubitanter credas, persuasum atq. fixum in animo tuo sit; uelim ita credas, prorsus ut minime dubites, ut dubitatio tibi nulla relinquatur, supersit: reliqua sit: credas mihi itidem ut oraculo crederes: hoc mihi ita credas, ut editum ex oraculo putes.

Satiare.

Tu non ti satij mai di studiare.

Numquam te explent studia: tua nunquam expletur, aut satiatur studiorum sitis: nimius es in studijs: nimium te studijs dedisti: praeter modum, supra modum, extra modum, parum modice, immoderate, minus moderate, sin modo, nimis intemperanter studia colis, tractas, exerces: nimia studiorum cupiditate flagras: te studiorum amor, & consuetudo nimium tenet.

Satisfattione uniuersale.

Ogniuno rimarra satisfatto di questa tua opera: satisfara ad ogniuno questa tua opera: opererai questo con satisfattione uniuersale: fie da tutti approuata questa tua opera.

Omnibus

Omnibus approbantibus hoc facies: nemini non satisfeceris: hoc tuum factum nemo reprehendet, nemo non probabit, nemo erit, qui non probet: hoc tuo facto laetabuntur omnes.

Sauiezza.

A un sauio, come tu sei, sta bene a giudicare, che la uera lode nasca solamente dalla uirtu: la tua sauiezza richiede, alla tua sauiezza si richiede, si conuiene, e cosa conueneuole, e cosa diceuole: egli e cosa degna della tua sauiezza: a te, che sei sauio, di sauiezza dotato, la cui sauiezza e grande, la cui sauiezza appresso tutti riluce, sta bene a credere, che nella uirtu solamente la uera lode sia riposta, che dalla uirtu sola il uer'honore dipenda; che quella radice, onde nasce la gloria, che quel fonte, onde escono gli honori, sia la uirtu, che l'albergo della gloria sia la uirtu, che solamente a uirtuosi la lode si deua.

Tuae sapientiae est ueram laudem in una uirtute positā existimare: pertinet ad sapientiam tuā, spectat ad eā sapientiam, qua tu excellis, est eius sapiētiae, quae in te elucet, uiget: tuum est, qui sapiens, & haberis, & es, qui sapientia praestas, abundas, in quo sapientiae plurimū est: uirum sapientē, qualis es tu, decet animum inducere, pro certo habere sic habere, ita credere, existere uerā laudem, nasci, fluere, manare ab una uirtute, uerum decus in una uirtute situm esse, locatum, constitutum, solidam,

gloriam

gloriam non aliunde, quam a uirtute, pendere.

Scelerita.

Non e scelerita maggiore, non e peccato piu graue, nõ e cosa piu nefanda, che il far uiolenza al padre; gran scelerita commette, chi fa uiolenza al padre: e scelerita di ogni scelerita maggiore, uiolar quella pieta, che al padre si deue.

Nullum crimen, piaculum, scelus grauius est, aut detestabilius, quam patri manus afferre, uim inferre: maximo se adstringit scelere, graue piaculũ admittit, impie facit, qui parentem uiolat, laedit, qui uiolat eam pietatem, quae parenti debetur: nullum scelus abest ab eo scelere; in uno illo scelere omnia insunt scelera, cum parenti uis infertur.

Sciagura.

Le tue molte sciagure mi affliggono; le tue auuersita, i tuoi infortuni, i tuoi duri casi, la tua troppo acerba fortuna, le tue calamita, le tue tribulationi, lo stato misero della tua uita, i tuoi troppo duri & infelici auuenimenti gran cordoglio mi apportano, sono di gran tormento all'animo mio, il cuore mi traffiggono, rendono amara la uita mia, del continouo mi trauagliano.

Tuae me calamitates grauiter afficiunt: tua mihi nimis aduersa fortuna grauissima est: tua me torquent infortunia: tuis angor, excrucior, affligor, sollicitor, uexor malis: miserrimum tuae uitae statum iniquissime fero: ex tuis miserijs dolorem haurio acerbissimum: tuae me miseriae miserrimum faciũt

miser

miſer ſum tua miſeria: dolor meus ex tuo dolore pē det: tuis doloribus doleo, angoribus angor.

Scorno.

Tu mi hai fatto ſcorno: mi hai fatto uillania: mi hai uergognato: mi hai disbonorato: mio disbonore, mia uergogna hai procacciato.

Ignominia ſum a te affectus: tuli a te ignominiā: ignominioſe ſum a te tractatus: mihi ignominiam intuliſti, attuliſti.

Scorrerie.

Intendo che le ſcorrerie de' nimici danneggiano il paeſe.

Decurſionibus hoſtium audio regionem infeſtari, uaſtari, loca diripi: excurrere hoſtes audio, & loca diripere: incurrere hoſtes in regionem dicuntur, & ex ea praedas agere, eam damnis affice re, rapinis exhaurire, exinanire, uaſtare prorſus, ac perdere.

Scriuer rare uolte.

Tu mi ſcriui rare uolte: poche lettere da te riceuo: non ho ſpeſſo da ta lettere: non ſei troppo diligente nel lo ſcriuere: non attendi molto all'officio dello ſcriue re: potreſti eſſere piu ſollecito nello ſcriuere.

Infrequens es in officio ſcribendi: raras a te litteras accipio: minus ſaepe ad me ſcribis: calamo parcis: officium litterarum abs te requiro, in te deſi dero: impiger admodum in ſcribēdo non es: crebrio res a te litteras poſtulo: nō ſatisfacis officio tuo cre britate litterarum: crebrius, uellē, ad me ſcriberes.

Sdegno.

Il donar, che tu fai, muoue sdegno a tutti i buoni, fa dispiacere, fa fastidio, e di noia, offende l'animo di tutti i buoni.

Inuidiosa est apud omnes bonos tua largitio: inuidiam tibi parit: inuidiae tibi est ista largitio, laedit animos bonorũ: tua largitiõe grauius afficiũtur bonorũ animi: largitione alienas a te bonorũ animos.

Seconda ragione.

La seconda ragione, che mi consola, si e la ricordanza delle mie sciagure. l'altra ragione, che mi porge conforto, si e la memoria de' miei passati mali; dapoi mi consolo e sostento con la memoria de' miei infortuni: alla prima ragione quest altra si aggiunge, la ricordanza, la rimembranza, la memoria de' miei duri casi.

Secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: altera est ratio, quae mihi solatiũ affert praebet, parit, solatio est: alterum illud est, quo sustentor, ac recreor: illa est, quae me consolatur, altera ratio: accedit illud ad animũ meũ sustentãdum: deinde sustentor meorum malorum memoria.

Sentimento perduto.

Non si sente dopo morte; i morti non sentono: mancano i morti di sentimẽto: non e sentimento nella morte, dopo morte.

Nullus in morte residet sensus: mors nullum habet sensum; mortui sensu carent: mortuis nullus inest sensus: extra sensum mors est: sensus a mortuis

abest: morte sensus amittitur: sentiendi uis morte extinguitur.

Sera.

Si fa sera: uien sera: la sera e qui: la notte si auuicina; la luce si parte: la luce da luogo alle tenebre; al giorno succede la notte: comincia il giorno a cedere alla notte.

Aduesperascit, uespertinum: crepusculum adest: nox aduentat: lucem tenebrae pellunt: uesperum appropinquat: diei iam succedit nox: dies abit, nocte aduentante; cedit iam nocti dies.

Seruigio.

Io son tenuto a fare in seruigio tuo quanto potro: e mio debito di seruirti in ogni cosa: richiede l'obligo mio che operi per te quanto puo un'huomo per un'altr'huomo operare: debbo farti ogni seruigio; a procacciare ogni tua satisfattione, ogni tuo utile, ogni tua lode: son tenuto, son obligato, da tuoi beneficij sono astretto.

Omnia tibi studia, omnia prorsus officia debeo: tuis beneficijs praestare cogor tua caussa, quidquid possum, quantum ualeo, quantum consequi uiribus possum, quantum est in me situm: tua in me beneficia, meum omne studium, meum officium, omnes a me curas, omnem industriam, omnia deniq. quae in me sunt non solum postulant, uerum etiam exigunt quid est, quod ego tua caussa non debeam? obsequi tuae uoluntati, morẽ gerere, parere, inseruire prorsus in omni re debeo.

Seruire a Dio.

Chi al seruigio di Dio si mette, a buon partito si appiglia: chi a Dio si dona, a Dio dispone di seruire, da solo Iddio propone di dipendere, a Dio solo obliga e consegna la sua uita, i suoi pensieri riuolge, sauiamente si consiglia.

Qui se Deo dicat, addicit, dedit, totum tradit, optimam partem elegit, rectam init uiam, cursum capit laudabilem, praeclare uitam instituit, egregie sibi consulit, sapienter facit; qui se ad unum Deum confert: qui suas omnes cogitationes, omnia studia in uno Deo figit, ac locat, qui ab uno Deo pẽdere uult, qui unum Deum, curat, contemnit cetera, qui diuina studia, præterea nihil, colit, qui Christianam pietatem non communi uulgariq. instituto sed proprio quodam studio, propria quadam mentis inductione complectitur; is omnium optime suis rationibus consulit, ac prospicit.

Seruir ne gli studi.

Apollonio seruiua bene Crasso ne' suoi studi: era molto utile a Crasso l'opera di Apollonio ne' suoi studi ualeuasi Crasso assai dell'opera di Apollonio ne' suoi studi: Crasso adoperaua molto Apollonio ne' suoi studi; Apollonio gran seruigio porgeua a Crasso ne' suoi studi, si adoperaua molto per Crasso nel seruigio de gli studi.

Erat Apollonius ad Crassi studia uehementer aptus; optima suis in studijs Crassus Apollonij opera utebatur; egregiam Crasso in studijs operam na

uabat

uabat Apollonius: erat Apollonius utilis Crasso in studijs admodumq. commodus; utebatur multum Apollonio Crassus; fructum Crassus in suis studijs capiebat optimum ex opera Apollonij.

Seruirsi di un'amico.

In tutte le cose mi seruiro di tuo fratello, mi ualero di tuo fratello, adoperero tuo fratello.

Vtar ad omnia tuo fratre: utar opera tui fratris in omni re: confugiam ad fratrem tuum: si quis erit agendum fratri tuo committam, ad fratrem tuum referam, in fratrem tuum reijciam, eius consilium petam, operam exposcam.

Sfacciato.

Non ti reputi a uergogna, il commettere alcuna sorte di peccato: tu pecchi senza alcun rispetto: tu trascorri ogni peccato senza alcun riguardo: niuna molestia, ti ritarda nel peccare.

Nulla tibi est ad facinus uerecundia: nullum tibi peccandi modum uerecundia statuit: peccas, abiecta prorsus uerecundia: peccas sine modo: peccas impudentissime: non te pudor ullus, non te modestia deterret, abducit, remouet a uoluntate, a studio, a consuetudine peccandi.

S'io fossi sfacciato, come tu.

Si tuum os haberem: si tuam imitarer impudentiam: essem aeque ac tu, pariter ac tu, similiter ac tu, non secus, non aliter ac tu, ita ut tu, uti tu, quemadmodum tu, sicuti tu, impudens, ad impudentiam propensus, pudoris expers ac modestiae, alienus a pudore,

pudore, remotus a modestia, auersus a pudore.

Tu sei sfacciato.

Transis uerecundiae fines: abes procul a pudore: modestiam nullam retines, tueris, colis: non te pudor retinet, non te modestia regit, non uerecundia temperat.

Sforzarsi.

Fa quanto puoi, adopera ogni tuo studio, impiega le tue forze tutte, sforzati quãto maggiormẽte puoi, intendi ogni tua forza, opera quanto per te si puo, per non perder l'honor tuo.

Da operam diligenter, enitere, conare omni studio, contende omnibus uiribus, intende omnes neruos, incumbe toto pectore, elabora quantum in te est, studium adhibe quantum potes, confer huc omnia tua studia, omnem operam, & industriam, age hoc quam diligenter potes: ne quam tuus honor iacturam faciat, ne quod ferat detrimentum, ne quã iniuriam accipiat, ne qua labe inficiatur, ne quam labem aut maculam suscipiat, contrahat.

Sicurezza.

Essendo tu uirtuosissimo sei sicuro dalla fortuna, la fortuna non ti puo nuocere, non sei soggetto all'ingiurie della fortuna, non ti soprastanno i uari accidenti della uita humana.

Fortunae uim tuae uirtutis amplitudo uincit: muniisti te uirtute contra fortunã: septus es uirtutis praesidijs aduersus impetus fortunae: nihil tibi nocere, obesse, incõmodare, cum uirtute uiuenti, uirtutem

tutem colenti, fortuna poteſt: tutus es a fortunae iniuriys: ſecuram uitam ducere tibi licet, quia cum uirtute uiuis: non tibi uarij caſus impendent huma nae uitae, qui uirtute excellas, quem uirtus tueatur, tegat, protegat, muniat.

Signore.

Egli e ſignore a bacchetta, e padrone del tutto: a lui ogni coſa e ſoggetta: la ſua uolonta e oſſeruata come legge: ha compiuta ſignoria; commanda a tutti ogniuno da lui dipende.

Penes eum eſt poteſtas, omnia ſunt, eſt imperandi ius, eſt in omnes imperium: dominatur, imperat, regnat: tenet omnia, rem tenet publicam: arbitratu ſuo cuncta moderatur, ac regit: eius in manu ſunt omnia: eius ita poteſtas late patet, ut omnia complectatur eius: dominatu nihil uacat: ad eum omnia ſunt delata: eius uoluntas pro legibus eſt: ab eius uoluntate, ac nutu pendent omnia: omnia poſita ſunt in unius uoluntate.

Meglio e il uiuere qui con noi, che eſſer gran ſignore.

Tanti non eſt, multis mortalibus imperare, quanti nobiſcum hic uitam ducere.

Io era ſignore, & hora ſon ſeruo: di ſignore ſon diuenuto ſeruo: di ſignoria ſon caduto in ſeruitu: ſon caduto dall'alto grado di ſignoria nel piu baſſo ſtato di uita.

Sedebam in puppi, clauumq. tenebam, nunc uix eſt in ſentina locus: libertatem ſeruitute cõmutaui: a ſummo poteſtatis in infimũ ſeruitutis locũ decidi

deiectus,deturbatus,detrusus, depulsus a fortuna sum:imperandi meum erat ius; nunc me seruiendi necessitas premit dominatum, & cum dominatu libertatem perdidi,tantum abest,ut imperem,ut nec liber sim.

Signoria.

La fortuna facilmente distrugge le signorie di questo e di quello:abbatte la fortuna le alte signorie: non e potesta cosi grande, che non sia finalmente diminuita e spenta dalle forze della fortuna.

Facile summos hominum principatus fortuna delet:euertit fortunae uis opulentissima regna:nulla est potestas tanta, quam fortunae potestas nõ exsuperet quae fortunae potestati nõ cedat, quae fortunae uiribus frãgi non possit:paruo negotio summos dominatus fortuna tollit, extinguit, labefacit, euertit.

Simulatione.

Con la falsa apparenza del uiso l'intrinseco dell'animo si copre:altro il uiso dimostra,altro l'animo nasconde:e differente l'animo dal uiso; al uiso non e l'animo conforme.

Vultu simulatio sustinetur:aliud uultu significatur,aliud in animo latet:non congruit animus cum uultu: dissentit animus a uultu:animi sensum uultus occcultat.

Sincerita di animo.

Io son'huomo schietto;non so fingere; non simulo punto;non uo con arte.

Simplex

Simplex homo ſum: ſimplex mihi animus eſt, apertus, nulla ſimulatione tectus, purus a fraude, ab omni labe: apertam ueritatem amo: ſimulandi artificium a me prorſus abeſt.

Sodisfare.

Non potro mai ſodisfare a parte alcuna de' tuoi beneficij: egli e impoßibile, ch'io paghi una parte del debito ch'io ho teco: nõ che in tutto, ma ne pur in parte faro io per te quel che tu hai fatto per me.

Nullam umquam tuorum meritorum partem aſſequar: numquam ne minima quidem ex parte tuis in me meritis ſatisfaciam: numquã omnino tibi ſoluam quantum debeo, ac ne ulla quidem in parte: officia tua numquam rependam, remunerabor, remetiar, compenſabo, officijs paribus aequabo.

Soldati ualenti.

I miglior ſoldati ſono morti: hannoui laſciata la uita i piu ualoroſi ſoldati: e ſeguita la morte de piu prodi e ualenti ſoldati.

Periere milites uirtute praeſtantes: interijt egregia militum manus, fortitudine excellens, cuius uirtuti committi multum poſſet: flos exercitus, & robur uniuerſum, ſobolesq. multum cecidit.

Somiglianza.

Veggo che le tue coſe ſono ſimili alle mie, raſſomigliano alle mie, non ſono differenti, diſcordanti, diuerſe dalle mie: fra le tue coſe e le mie non ci e punto di differẽza: nelle coſe tue riconoſco le mie: le coſe tue ſono un ritratto delle mie.

Rerum mearum imaginem uideo in rebus tuis: tuis in rebus mea agnosco, simillima rerum nostrarum ratio est: a rebus meis tua minimum differunt: nulla est rerum nostrarum dissimilitudo.

Sopportar con dispiacere.

Malamẽte sopporto la sciocchezza di alcuni: nõ mi reco facilmente a sopportare la pazzia di alcuni: graue cosa mi e il sostenere la stolta natura di alcuni.

Non nullorum stultitiam non facile fero, aegre sustineo, haud satis aequo animo fero: adduci non possum, inducere animum non possum, inducere animũ minime possum, a me ipso nõ queo impetrare, dementias non nullorum ut animo non iniquo feram.

Sospettare.

Si sospettera, che tu nõ sia huomo di buona fede: darai a credere, farai credere, darai occasiõe di credere uerrai in sospetto, genererai sospetto, farai sospettare, che tu sia poco fedele, che tu manchi di fede.

Venies in suspicionem infidelitatis, parum bonae, sincerae, rectae fidei tua fides: in suspicionem adducetur, in dubium ueniet, in dubium uocabitur erit, cur de tua fide non bene homines existimet; suspectus eris nomine infidelitatis: caussam afferes de tua fide secus existimandi.

Souuenire.

La pieta diuina facilmente souuiene a gli afflitti, porge aiuto a' bisognosi, i miseri sostenta, i disperati conforta.

Afflictos facile diuina pietas excitat, egenti-

bus opem fert, miſeros ſubleuat, deſperatione debi litatos confirmat, fulcit, ſuſtinet, laborantibus ſub ſidio eſt.

Souerchiare.

Nõ accadeua che tu ti ſcuſaßi meco: ſouerchio è ſtato l'officio tuo nell'eſcuſarti: era poco neceſſario, pò co faceua biſogno, nõ biſognaua, biſogno nõ era, nõ richiedeua il biſogno, che tu faceßi meco tal ſcuſa.

Superuacanea fuit apud me tua excuſatio: offi cium excuſandi ſine cauſſa ſuſcepiſti: non erat cur te excuſares: cauſſam excuſandi nullam habuiſti: minime neceſſaria fuit excuſatio tua: tuam excuſa tionem non deſiderabam, non requirebam, non ex ſpectabam.

Speranza.

Mi pare di hauer condotta la coſa a termine, che ſe ne puo hauer ottima ſperanza: parmi di hauer meſſa la coſa in tale ſtato, che ſi puo ſperarne auuenimen to felice: penſo di hauer operato in tal maniera, che ſi puo della coſa aſpettare quel fine, e quel ſuc ceſſo, che ſi deſidera: a tale credo io di hauer la coſa ridotta, che di contrario auuenimento non ſi ha pũ to da temere: appoggiaſi hora l'animo mio a ben ſi cura e ferma ſperanza, per lo ſtudio, che ho poſto nell'inuiare la coſa.

Hoc uideor mihi eſſe conſecutus, ut optimam ſpem habere, optime ſperare, optima ſpe niti poßi mus: eo rẽ perduxiſſe mihi uideor, ut euentum ſpe rare, quam ſecundißimum liceat: rem, ut opinor, ita

constitui, in eo statu collocaui, in eum statum adduxi, ita composui, atq. cōformaui, nihil ut aduersum timere, nihil contra uoluntatem, omnia secunda, qualia uolumus, ex nostra uoluntate, ex animi sententia sperare possimus: iacta sunt a nobis fundamenta rei, sic inquam, ut certa propemodum in spe reliqua sint.

Speranza data

Tu mi dai gran speranza di douer esser uirtuosissimo: mi metti in speranza, fai ch'io speri di douerti uedere possessore a qualche tempo di una rara uirtu.

Spem affers eximiam summae uirtutis: adducis me summam in spem eximiae uirtutis: facis ut sperem de tua uirtute, eaq. minime uulgari: inclinat animus meus, a te uidelicet impulsus, ad optimam spem tuae uirtutis eximiae: es tu quidem apud me in egregia spe uirtutis prope singularis.

Speranza falsa.

Io speraua una cosa, e n'e auuenuta un'altra: falsa speranza e stata la mia: conforme alla speranza non e riuscito l'effetto: alla mia speranza il desiderato fine non e seguito: non mi e riuscito, mi e fallito, mi ha ingannato il pensiero.

Spes me fefellit, frustrata est, decepit, delusit: spē meā non is, quē uolebam, exitus est consecutus: non successit, ut sperabam: non processit ex animi sententia: aliter, ac sperabam, contingit, accidit, euenit: exitum res habuit contra spem, alienum a spe: inanem fuisse meam spem, exitus rei declarat.

Speranza perduta.

Hanno perduto, ſmarrito, dipoſto, laſciato, abandonato la gran ſperanza, che haueuano: e lor mancata quella gran ſperanza: non e piu in loro tanto di ſperanza quanto prima haueuano.

Ex magna ſpe deturbati, deiecti, detruſi, depulſi iacent: ex alta ſpe deciderunt: ſpem illam, quā ſuſceperant, abiecerunt, depoſuerunt, omiſerunt; ſpe non tenentur, ut antea, non aluntur: non eos, quae antea, ſpes tenet, paſcit, alit; ſpes iā omnis abijt, diſceßit, euanuit, nulla prorſus iā eſt: firma ſe niti ſpe putabant; ea quam ſit imbecilla, nunc intelligunt.

Speranza, ſenza cagione.

Non ueggo la cagione della tua ſperanza; non ſo conoſcere perche tu ſperi, che cagione a ſperare ti muoua, t'induca, ti ſoſpinga, ti tiri, t'inuiti, ti conforti; non intendo, ſopra che fondamento ſia fermata la tua ſperanza, ſopra che ragione ſia fondata, a che ragione ſi appoggi, da che ragione naſca, ſia prodotta, generata partorita.

Non uideo, cur ſperes, quare, quamobrem, quia cauſſa, qua de cauſſa, quam ob cauſſam, qua ratione adductus, qua commotus cauſſa, quo impulſus argumento: quae te ratio, quid rationis hanc ſpem adduxit, impulit? cur in hāc ſpem ueniſti? quem rationem ſecutus es? quae te duxit, aut hortata ſpes eſt? quid effecit, ut ſperares? tuae ſpei cauſſam ignorare me cōfiteor: ſpei tuae cauſſa me praeterit, fugit, mihi quidem aperta, perſpicua, manifeſta, no-

ta, satis clara non est, perobscura apud me est, explorata mihi non est, obscuritatis apud me habet plurimum.

Sperare.

Gran premi possono sperare coloro che uiuono da huomini da bene; possono i buoni promettersi honorati premi della loro bonta, gran premi aspettano della loro honesta uita; non possono dubitare che non habbino da corre lieto fruto delle loro uirtuose opere: notabil premi alla bonta sono proposti.

Praemiorum spe magna, admodumq. firma niti possunt ij, quorum uita cum uirtute traducitur; egregia praemia pro certo exspectare, sine dubio sibi polliceri, plane sperare licet ijs, qui uirtutem colunt, qui recte, atq. honeste, & cum uirtute uitam agunt, peragunt, ducunt, traducunt, uiuunt: magna sunt recte agentibus praemia cōstituta, proposita; summa recte agentes manent praemia: certum fructum boni colligent, capient, percipient, ferent suae uirtutis, probitatis, officij, optimorum cōsiliorū, neq factorū mercedē actionū suarū expectare certißimā possunt, qui uirtutē in uita primā habuerunt, quibus in uita uirtus fuit antiquißima.

Spero che la uostra concordia sara cagione della uittoria: porto ferma opinione, spero, come cosa ch'io uegga con gli occhi, non ho punto di dubbio, niente dubito, che dalla uostra concordia non sia per nascere la uittoria: la uostra concordia, si come io spero, secondo ch'io spero, per quanto spero, quanto

to mi gioua di ſperare, partorira la uittoria.

In ueſtra concordia ſpem maximam pono uictoriae: ex ueſtra concordia uictoriam ſpero: ueſtra concordia uictoriae mihi ſpem affert: uictoriam, ut ſpero, pro mea quidem ſpe, quantum quidem ſpero, niſi me ſpes fallit, ut animus meus auguratur, quem admodum ipſe mihi polliceor, uictoriam pariet, af feret: ueſtrae concordiae fructus, niſi mea ſpes infirma prorſus eſt, erit uictoria.

Speſa.

Chi potrebbe, per ricco ch'egli foſſe, reſiſter a coſi gran ſpeſa? quai ricchezze potrebbono ſoſtenere il peſo di coſi graue ſpeſa? ſtancherebbeſi ogniuno ſotto il peſo di queſta ſpeſa: graue ſarebbe a ogniuno, & intolerabile queſta ſpeſa; niuno potrebbe reggere alla ſpeſa.

Quis ita firmus ab opibus eſt, ut ſuſtinere ſumptum poßit? cuius diuitiae ſumptui pares eſſe poſſint? ferendo ſumptui quis ſit? tantam impenſam quis ſuſtineat? ita magni ſumptus fiunt, ut ferri nõ poßint: ita grauis eſt impenſa, ut debilitare, atq; opprimere quemuis poßit, non is eſt ſumptus, qui ferri poßit; ſupra modum, immoderatus eſt.

Sprezzare.

I noſtri maggiori ſprezzauano le ricchezze, ſolamente alla uirtu mirauano: a paragone della uirtu ſprezzauano la robba; di gran lunga alle faculta anteponeuano la uirtu; a petto della uirtu niuna ſtima faceuano della robba.

Maiores

Maiores nostri diuitias minimi putabant, unam uirtutem sequebantur: apud maiores nostros minima diuitiarum, uirtus erat ratio maxima: nullo loco apud maiores nostros diuitiae fuerunt, uirtus una uigebat maxime: plurimum semper apud maiores nostros uirtus ualuit, minimum diuitiae: opes in minimis ponebant: postremae omnium rerum diuitiae illis erant: rem familiarem, quaeq. nos bona appellamus, parui, minimi, nihili reputabant, ducebant, aestimabant, pendebant, faciebant, floccifaciebant, flocci non faciebant, (idem enim significatur, siue absit, siue adsit particula non) minimi erãt apud maiores nostros opes, minimi ponderis, nullo apud eos loco, parui momenti: postremum apud eos locum opes obtinebant: de opibus minimum laborabant, diuitias prae uirtute contemnebant, infra uirtutem ducebant, post uirtutem habebant, uirtute posteriores iudicabant.

Io non mi curo di cosa alcuna punto punto; uadano per me le cose o bene, o male: non fo caso di veruna cosa: a cosa alcuna punto non miro, non attendo, non bado.

Trahantur per me pedibus omnia: non laboro nihil me afficit: nihil me tangit: nulla remoueor: de quauis re susq. deq. fero, aeque omnia contẽno, fastidio, respuo: nulla res apud me põdus habet: nullius momenti est, in pretio est, ne minimi quidem est.

Sprezzato.

Veggio, ch'io son abandonato, ne si tiene piu conto alcuno

alcuno di me: ueggomi in niuna ſtima, in niuna riputatione, eſſere caduto in diſpregio, in diſgratia, eſſere tenuto a uile, eſſere tenuto per niente, eſſer diuenuto fauola, eſſer in niun conto.

Plane deſertum eſſe me, atq. abiectum intelligo: nullo iam loco ſum: reijcior & contemnor ab omnibus: nullius iam pretij ſum: ordinem nullum obtineo: fabula ſum: nullus ſum: habeor in poſtremis: deſpicior: deſpectus ſum: nullius loci ſum, nollius ordinis, poſtremae condicionis.

Stagione.

La ſtagione non e a propoſito, non e ſecondo il biſogno, non e conforme al biſogno, non e quale il biſogno richiedeua: il tempo e contrario: altro tempo biſognaua, faceua il dibiſogno, al biſogno della coſa ſi conueniua, ſi richiedeua.

Anni tempus non fert, non permittit, non concedit, non patitur: alienum eſt, parum aptum, aduerſum anni tempus: non licet per anni tempus: ad uerſatur anni tempus: pugnat cum ipſa re temporis ratio: aliud plane tempus res poſtulat, deſiderat, requirit: rei maturitas non adeſt: non conuenit cum re tempus.

Stato aduerſo.

Se in coteſto tuo coſi reo ſtato anderai ricordandoti quel ch'e auuenuto in ogni tempo a'pari tuoi, gran de conforto ne riceuerai in queſta tua contraria fortuna, in queſto maluagio ſtato, hora che ſei coſi miſero, a coſi miſero partito condotto, in coſi dura e

cosi strana conditione, hora che la fortuna ti affligge, preme, trauaglia.

Si, quae tui similibus uiris in omni aetate acciderit, isto tuo tristißimo tempore colliges, in memoriam rediges, reuocabis, mente comprehenderis, tecum reputabis, in animo uolues, ipse tecum examinabis, admodum iuuari te senties, non leue solatium capies, haec te ualde cogitatio sustentabit: in hac tua tam graui, tam aduersa, tam misera, plane desperata fortuna: in hac non solum aduersa, uerũ penitus euersa fortuna: in tantis miserijs: in tam misero rerum statu: tam miseris temporibus: in ista, qualem nemo umquam sensit, infelicitate: nunc, dum res tuae peßime se habent: peßimo loco sunt: dum tecum peßime agitur: dum tibi peßime cum fortuna conuenit: dum tuae fortunae plane perditae, ac nullae sunt: dum te premit infensa fortuna: dum te modis omnibus fortuna uexat: tibi negotiũ exhibet, molesta est, grauis est, dum te suis uiribus oppugnat, dum omnes ad te oppugnandum machinas adhibet, atq. admouet.

Stato della cosa.

Tale e lo stato della cosa: in questo stato la cosa si ritroua: la cosa cosi sta: la cosa è in questi termini.

In hoc statu res est: rei status hic est: res ita se habet: ita res habet: eiusmodi res est: haec in re sunt, in caussa sunt: hoc loco res est.

Stato diuerso.

Io mi trouo in altro stato: altra conditione e la mia:

io sono

io ſono a diuerſo partito: non ci e ſimilitudine: in altra maniera ſi ritrouano le coſe mie.

Alia mea ratio eſt: diuerſa mea ratio eſt: meae res alio loco ſunt: non eadem mea ratio eſt: aliter ſe habent res meae: nihil ſimile, nulla ſimilitudo: quid ſimile? nihil habet res ſimilitudinis: diſsimilitudo magna, diuerſa omnia, diſsimilia, prorſus alia.

Stato honorato.

Quando tu doueui eſſere piu honorato, in maggior pregio, in maggior ſtima, in maggior riputatione, fiorir' a maggior lode, eſsere in maggior grado, eſſere piu gradito, ſalire a piu alto grado di honore, e di riputatione, allhora i tuoi nemici ti hanno ruinato.

Quo tempore florere debebas, debuit illuſtrior eſſe tua laus, altius aſcendere, plus conſequi dignitatis, maiorem obtinere exiſtimationem, praeſtantiore eſſe loco, plus habere auctoritatis, honeſtior eſſe, clarior eſſe, maior ac praeſtantior haberi debuiſti: tum te tuorum inimicorum afflixit iniuria, perdidit, euertit omnibus fortunis, oppreſsit, ad exitium detruſit, impulit, non modo e numero uiuentium, ſed plane infra mortuorum condicionem amandauit.

Stato ſimile.

Veggo le tue coſe eſſer ſimili alle mie, nõ diuerſe, nõ uarie, non differenti, non diſcordanti dalle mie, eſſer alle mie conformi, hauer ſomiglianza con le mie, raſsomigliarſi alle mie, eſſer quell' iſteſſo, ch' erano

le mie, hauer apparenza delle mie, essere un ritratto delle mie, hauer quella forma istessa, che gia haueuano le mie.

Rerum mearum imaginem uideo in rebus tuis: plane res meas in tuis agnosco: res tuas nihil a meis intelligo differre, nihil discrepare: congruunt res tuae cum meis: rerum nostrarum eadem ratio est, nulla dissimilitudo: qui tuas res intuetur, meas intueri se dicet: tuae res nihil differunt a meis: inter res nostras nihil interest: nihil est, quo res tuae differant a meis.

Stima.

Per il cõto, ch'io tengo di te, pregoti ad hauerlo raccomandato: per la stima ch'io fo di te: per quella osseruanza, ch'io ti porto: per l'opinione ch'io ho di te.

Pro eo, quanti te facio, quanti es apud me, quanta mea est erga te obseruantia, quantum tibi tribuo, tibi defero, pro mea de te opinione, pro animo, uoluntate, studio in te meo; peto a te, ut hominem suscipias, complectare, foueas, in tuis habeas.

La tua opinione appresso gli huomini giudiciosi e stimata molto, e prezzata, e in molta stima, in pregio grande, in molta consideratione, in bonißimo conto, di gran momento.

Tua sententia magnum apud eos, qui recte iudicant, pondus habet, plurimi est apud intelligentes opinio tua, sensus tuus, iudicium tuum, id quod tu probas, id quod placere tibi sentiunt, quod

tu

tu eſſe optimum cenſes, quod teſtimonio tuo confirmatur: grauis eſt, magni momenti eſt, minime leuis eſt, magni ducitur, auctoritatis habet plurimum, non uulgarem obtinet locum apud ſapientes opinio tua.

Stima grande.

Io ſtimo piu il ragionar teco, che quante ricchezze ſono al mondo: a tutti i teſori antepongo i noſtri ragionamenti: uoglio piu toſto, piu mi e caro, piu grado di ragionar teco, che s'io poſſedeßi quant'oro poſſeggono tutti i principi del mondo: ſprezzo quãta robba e ſotto il Sole, a petto a quella contentezza, a paragone di quella contentezza, che riceuo, traggo, piglio da' noſtri ragionamenti.

Omnes omnium diuitias cum noſtris ſermonibus non confero: pluris apud me ſermones noſtri, quam omnes diuitiae ſunt: ſordent apud me prae noſtris ſermonibus omnes diuitiae: ſit modo ſermonum copia noſtrorum: theſauros omnes contemno, reijcio.

Stimar alquanto.

Talmente douemo attender a gli ſtudi, che facciamo pero qualche ſtima della ſanita: e da prezzare gli ſtudi, ma non pero da laſciar adietro la ſanita: douemo miſurare gli ſtudi noſtri con la regola della ſanita: douemo hauer cari gli ſtudi, ma non pero ſprezzare la ſanita, non tenerla in poco pregio.

Ita ſequi uirtutem debemus, ut ualetudinem non in poſtremis ponamus, ualetudinis cum uir-

tute

tute ducenda ratio est: sic ad studia debemus incum bere, ne ualetudo negligatur: plurimum uirtuti, aliquid tamen ualetudini tribuatur: spectanda uir tus est, cum eo tamẽ, ne despiciatur ualetudo: excu bare uirtutis in studio, praeclarum est; indormire tamen, ualetudini minime debemus: excolatur ani mus uirtutibus, non nihil tamen corpori seruiatur.

Stimar l'opinione di alcuni.

Cicerone faceua gran stima della opinione di Platone: era l'opinione di Platone appresso di Cicerone in molta stima; teneua Cicerone per uerissima l'opi- nione di Platone: daua Cicerone piena fece alle pa role di Platone: accordauasi Cicerone grandemen te all'opinione di Platone.

Platonem Cicero uehementer auctorem seque- batur: Platoni tribuebat plurimum, summam fi- dem habebat, plane credebat, ut oraculo crede- bat: Platonem habebat eximium: singularis erat apud Ciceronem Platonis auctoritas: errare Cice ro cum Platone malebat, quam cum alijs bene sen tire: plurimi apud Ciceronem erat Plato: faciebat pluris nemine: plus apud eũ põderis habebat nemo.

Stimar piu.

Ho stimato piu la salute e liberta publica di ogni al- tra cosa: piu di tutte le cose e stato in grado appres so me la commune salute e liberta: oltre ad ogni cosa ho tenuto in pregio l'uniuersale salute, e liber ta: niuna cosa piu della salute, e liberta publica mi e stata a cuore.

Nihil

Nihil antiquius communi ſalute, ac libertate iudicaui: omnium rerum mihi prima fuit publica ſalus, ac libertas: communi ſalute, ac libertate nihil mihi fuit potius: omnia ſum aſpernatus prae communi ſalute, ac libertate: pluris apud me, quam omnes res, uniuerſorum ſalus, ac libertas fuit: nulla de re tantum, quantum de communi ſalute, ac libertate, laboraui; ſalutem publicam, ac libertatem rebus omnibus antepoſui, praepoſui, praetuli; curae mihi fuit ſalus, ac libertas publica, ſic, ut nulla res aeque.

Stimar ſe ſteſſo.

Troppo ti ſtimi, ti apprezzi, ti eſſalti, troppa ſtima fai di te ſteſſo; troppo ti ami: ſei aſſentatore di te ſteſſo, ti tieni in grado, in pregio, piu che non ſi conuerebbe.

Nimium tibi tribuis: nimium tibi arrogas; nimium tibi aſſumis; nimium te effers: nimium tibi places; aſſentaris ipſe tibi, te amas, cum de te iudicas, non rationem, non ueritatem conſulis, largiris ipſe tibi plus, quam ueritas concedat, plus, quam ueritati.

Stimato.

Tu ſei molto ſtimato nella tua patria, in gran pregio ſei tenuto da' tuoi cittadini, fa di te la tua patria quella ſtima, che maggiore ſi puo.

Vales auctoritate apud tuos ciues, tui te ciues magni faciunt, magnus es, honoratus, clarus apud tuos ciues, multum tibi ciues tui deferunt, pa-

tria tua tantum tibi tribuit, quantum fortasse nemini, atq. adeo quantum prorsus nemini.

Stomaco gualto.

Io sto male dello stomaco: ho lo stomaco disconcio, in mal'assetto, in disordine stemperato, a cattiuo partito, guasto, mal'acconcio, poco al digerire disposto.

Stomachus languet, infirmus est, male se habet: stomaci uirtus iacet, languet, debilitata est, infirma est, imbecilla, imminuta, nulla prorsus, minime ad concoquendum apta: languenti stomacho sum, infirmo, imbecillo, male constituto: stomacho non utor optime: stomachus laborat, non est, qualem dirigendi ratio requirit, qualem optima ualetudo postulat.

Strada cattiua.

Nel uerno sono cattiue strade, difficili, malageuoli, strane, incommode: e gran disconcio l'andare attorno di uerno.

Viae sunt hieme difficiles, incomodae, impeditae, abruptae, iter habentibus odiosae: nihil incommodius, quam hieme iter habere: per hiemem itenera sunt incommodi plena, interdum etiam periculi.

Stranîezza.

Gli huomini sono molto strani, per non dir peggio.

Summa est hominum peruersitas, grauiori enim uerbo uti non libet: peruersi sunt hominum mores, duri nimis ac difficiles: ingenio sunt homines peruerso, difficili, duro, a ratione auerso.

Strano.

Strano.

Tu sei troppo strano, e troppo fastidioso nel conuersa re: la tua prattica e fastidiosa, non e diletteuole, ha dello strano.

Nimium acerbus es, nimium in consuetudine difficilis, durus, asper: tua consuetudo difficilior est: abest consuetudo tua ab omni suauitate: non ea est consuetudo tua, quae propter suauitatem expetatur: minime iucunda est, amarą potius, atq. odiosa tua consuetudo: quis naturae tuae peruersitatem in consuetudine ferat? quis te possit uti, homine omnium difficillimo, seuerissimo asperrimo? quis tuam consuetudinem expetat, carentem omni suauitate, nulla re iucundam? asperitatis, ac peruersitatis tantum habet natura tua, quantum in consuetudine ferri uix possit, uel potius plane non possit: usus tibi nullo cum homine diuturnus intercedet: ita difficilis, ac durus es, ijs moribus, eo praeditus ingenio.

Straparlare.

Se dirai cosa alcuna brutta, guai a te: se parlerai dishonestamente, se dalla tua bocca uscira parola mẽ che honesta, se parlerai di maniera, che nelle tue pa role alcuna dishonesta si conosca, se il tuo parlare uscira de' termini dell' honesta, se straparlerai, se parlerai con poco auedimento, inconsideratamente, senza riguardo, senza ragione, con poca honesta, con poca discretione, mal per te, mal te ne auerra, mal ne sentirai.

Vae tibi, si turpiter aliquid dixeris, si minus honeste, si temere, parum considerate, non ut ratio praescribit, praeter honestatem, contra quam conueniat, contra quam deceat, contra quam liceat, non ut conueniat, deceat, liceat quam conueniat, deceat, liceat, aliter atq. conueniat, deceat, liceat, aliter atq. conueniat, deceat, liceat, si quod ex ore tuo paullo turpius uerbum exciderit: si oratio tua finibus excesserit ijs, quos honestum, quos ratio, quos modestia praescibit.

Stretti passi.

Nel monte Apennino sono distrettissimi, e molto strani passi: e malageuole, molto incommodo, disconcio grande l'andare per il monte Apennino, per la strettezza de' passi.

In alpibus Apennini magnae sunt, admodumq. difficiles locorum angustiae: per alpes Apennini iter habentibus magno sunt impedimento difficultates, & angustiae locorum: nihil incommodius, quam illas Apennini montis angustias pertransire, quam ex illis Apennini montis angustijs, ac difficultatibus euadere: angusta loca per Apennini alpes euntibus crebro se obijciunt, impedimenta opponunt, difficilem ac laboriosam uiam reddunt.

Studiare.

Tu non fai altro che studiare quanti libri puoi: tu hai una sete di studiare, che mai non si spegne, mai non si satia: qual libro e, che tu non uoglia leggere? tu

studi

ſtudi ſenza miſura: non hai miſura ne gli ſtudi: ſtudi del continuo, ſempre, a tutte l'hore, non men la notte che il giorno: tu non laſci mai di ſtudiare.

Numquam non legis, aßidue, omnibus horis, diu noctuq.: noctem cum die legendo coniungis: heluo librorum es: tua legendi ſitis numquam extinguitur, ſatiatur expletur: totus in ſtudijs es: litteris omnibus deditus es: numquam ſtudia intermittis: numquam te ſeiungis a ſtudio: libros de manibus numquam deponis: libros aßidue in manibus habes, tractas, euoluis, lectitas, legendo conteris: modum in ſtudijs non tenes, non retines, non ſeruas, nullum agnoſcis: immoderate legis: non infra modum, ſed ſupra modum ſunt ſtudia tua: nimium te ſtudijs dediſti: nimium in ſtudijs operae conſumis: nimius es in ſtudijs: uſum ſtudiorum numquam dimittis.

Io ſtudio ſolamente Cicerone: non leggo altro che Cicerone: ſolo Cicerone mi piace: ogni mio ſtudio e intorno a Cicerone.

Vni Ciceroni meum ſtudium dicaui: ad unum Ciceronem meam operam contuli: meum in uno Cicerone ſtudiorum pono, conſumo, colloco: uni Ciceroni operam do: unus me Cicero delectat, capit, tenet, unus mihi placet: unius animum meum lectio paſcit: uni meam operam, mea ſtudia, meas uigilias, dedidi, tradidi, addixi perpetuo dicatas eſſe uolo.

Ho atteſo a queſti ſtudi infin. da fancillo: ſonnomi

piacciuti questi studi: hānomi dilettato questi studi: ho dato opera a questi studi: ho preso piacere di questi studi: in questi studi ho consumato il mio tempo.

Huic me doctrinae a pueritia dedi: haec me a puero doctrina delectauit: hanc ego doctrinam, hanc studiorum rationem, hoc studiorum genus ab ineunte aetate sum secutus: meam operam ad haec studia iam inde a puero contuli, in hoc studiorum genere consumpsi, collocaui, his dedi studijs: haec studia a primis annis colui: huic litterarum generi a teneris annis deuinctus fui: incubui puer in haec studia.

Io studio ogni di piu: attendo sempre piu a gli studi: io mi stringo ogni di piu nella prattica de gli studi: cresce ogni giorno in me il desiderio de gli studi non scema col tempo, ma si fa maggiore lo studio mio.

Studium quotidie magis ingrauescit: quotidie magis cupiditate studiorum incendor: meam studiorum cupiditatem dies auget: tantum abest, ut meum studiū dies imminuat, ut etiā augeat: incitor ad studia quotidie magis, studia complector, in studia incumbo: plus quotidie operae in studijs pono: litteris quotidie magis utor; studiorum amore, consuetudine, usu magis magisq. capior in dies singulos.

Vorrei che tu studiassi philosophia, che tu attendessi allo studio della philosophia, che tu ti mettessi allo studio della philosophia, che tu abbracciassi lo studio della philosophia.

Velim te ad eius ſcientiae ſtudum adiungas, unde naſcitur, atq. alitur moderatio uitae, unde recta uiuendi ratio, atque omnis ordo manat: uelim te ad philoſophiam conferas, tuum ſtudium applices: uelim philoſophiam complectaris, philoſophiae te dedas, tuam operam tradas, tuum ſtudium dices.

Ho cominciato a ſtudiar anche di notte.

Vigilare de nocte, noctu, per noctem, ſtudiorum cauſſa coepi: nocturnas uigilias diurnum ad ſtudium coepi adiungere, diurno cum ſtudio coniungere: ad ſtudia iam etiam aliquantum noctis aſſumo.

Penſo di laſciar affatto gli ſtudi: intendo di abandonare gli ſtudi: e mio penſiero: e mio intendimento di non ſeguire piu oltre gli ſtudi: ho in animo di rimettere gli ſtudi in tutto.

Multam litteris ſalutem dicere, in animo eſt: prorſus abijcere ſtudia cogito, ſeiungere me penitus a ſtudijs, uſum ſtudiorum in perpetuum dimittere, minime de ſtudijs in poſterum laborare, meam operam, meum tempus, meam induſtriam a ſtudijs alio traducere, transferre, conferre.

Studi ripigliati.

Tornero a ſtudiare, come gia ſoleua: tornero a' miei paſſati ſtudi: ripigliero gli uſati ſtudi: riuolgero i miei penſieri a gli ſtudi.

Ad noſtra me ſtudia referā litterarum: ſtudia repetam: reddam ſtudijs operas intermiſſas: ad ſtudiorum conſuetudinem atq. uſum redibo: priſtina

ſtudia reuocabo: rurſus ad ſtudia me conferam: reuocabo me ad induſtriam: intermiſſa ſtudia repetā.

Studi tralaſciati.

Egli e tempo di tralaſciar alquanto gli ſtudi, di laſciare alquanto la pratica de gli ſtudi, ſolleuare l'animo dalla fatica de gli ſtudi, di dar ripoſo all'animo eſſercitato e ſtanco ne gli ſtudi, di hauer qualche uacanza da gli ſtudi, di porre il peſo de gli ſtudi, di alleggerire l'animo dal peſo de gli ſtudi.

Feriari licet a ſtudijs: poſtulat tempus, ut ſtudia intermittantur: tempus fert, ut ſtudiorum uſus parumper dimittatur; deponere aliquantiſper ſtudiorum onus licet: omittere ſtudia, leuare animum onere ſtudiorum honeſte poſſumus: licet animum a ſtudijs abducere: uacatio datur a ſtudijs: feriae ſtudiorum conceduntur.

Studi utili.

Gli ſtudi giouano in ogni tempo; lo ſtudiare partoriſce utile in ogni tempo: e gioueuole ſempre l'eſſercitio, la prattica, il trattenimento de gli ſtudi: non ceſſa mai, non ſcema punto, e perpetua, e la medeſima in ogni tempo l'utilita de gli ſtudi: quando e mai, che gli ſtudi non giouino? non e mai, che gli ſtudi frutto non porgano: quando e mai che da gli ſtudi utilita non ſi tragga? beneficio non ſi riceua? frutto non ſi colga?

Studia numquam non proſunt, non utilia ſunt, non utilitatem pariunt, non emolumento ſunt, non fructum ferunt: ſtudiorum utilitatem dies non

imminuit:

imminuit: non terminatur spatio temporis, non definitur ulla die, perpetua est, eadem est in omni tempore; uitae par est studiorum utilitas, studijs secundae res ornantur, aduersae adiuuantur a studijs delectatio petitur in secunda fortuna, salus in aduersa: studiorum fructus in omni fortuna idem est: studiorum tractatio nnmquam non utilis, numquam est infructuosa; habent studia quo iuuemur in omni uita, in omni fortuna, in omni loco: ecquando studijs non iuuamur? ecquae dies utilitatem studiorum extinguit, aut imminuit? de studiorum utilitate nihil fortuna, nihil hominum iniuria, nihil ne dies quidem ipsa detrahit.

Subitamente.

Senza indugio farò quel che mi hai commesso: darò effetto al tuo commandamento subito, di subito, subitamente, senza metter tempo di mezzo senza punto di tardanza, incontanente, immantinente, quanto prima.

Confestim, e uestigio, quamprimum, statim, actutum, primo quoque tempore, illico, sine mora, sine cunctatione, nulla facta mora, nulla interposita mora, omni prorsus abiecta mora, ne minimo quidem spatio temporis interiecto, exsequar tua mandata, quod mandasti perficiam, tuis mandatis parebo, effectum dabo quod mandasti, praestabo quod a te mandatum est.

Succeder bene.

Credo ch'io condurrò la cosa a quel fine, che desidero:

rò: penso che darò effetto alla cosa secondo il desiderio nostro, conforme al desiderio, simile al desiderio, come desideriamo, come è il desiderio nostro, come noi uogliamo: opererò di maniera, che porto opinione douer la cosa riuscire felicemente, hauer prospero fine, riuscire a buon fine, peruenire al desiderato fine.

Puto fore, ut rem ex sententia geram, feliciter expediam, conficiam, ad eum, quem uolo, exitum, perducam, felici exitu concludam efficiam, opinor, ut res optime succedat, ut exitum res habeat, qualem optamus, ne res, contra quam uolumus, succedat, ne quid aduersi cõtingat in re; ne sit infaustus, aduersus, alienus a nostris uolũtatibus, alius, atq; uolumus, exitus rei euentus rei, rei finis ac terminus: spero futurum, ut in hac re meis optatis fortuna respondeat, cum animo meo fortuna consentiat, ab animo meo fortuna minime dissentiat, nihil aduersi fortuna obijciat, nequaquam fortuna repugnet, resistat, obsistat, aduersetur, sese opponat, suã uim obijciat; impedimentum ullum inijciat, occurrat; obuiam eat: futurum existimo, ut in hoc secunda, facili, prospera, propitia, per benigna fortuna utamur.

Desidero, che bene te n'auenga, felicemente ti riesca, secondo il desiderio succeda: qual è il desiderio, tale sia l'auenimento.

Quod actum est, dij approbent, fortunent, secundent, bene uelin succedere, felicem ad exitum perducant;

ducant: dij faxint, ut id, quod actum eſt, felix fauſtumq. ſit, optime ſuccedat, proſperum habeat euẽtum: dij faueant, probent, ratum eſſe uelint, actum feliciter, quod actum eſt: utinam ex hac re contingant ea, quae cupis, optata omnia contingant, nihil contra uoluntatem eueniat, omnia ſecunda fluant, ſumma felicitas emanet.

Suenturato.

Io ſon ſuenturato piu che la mala uentura; ſono sfortunato, mal'auenturato, peggio auuẽturato di huomo uiuente, infelice, miſero affatto, ſcherzo della fortuna, in disgratia della fortuna, carico di ogni ſciagura, priuo di ogni bene, nudo di ogni ſperanza, da perpetua fortuna combattutó, oppreſſo da tutti i mali: io nacqui per non hauer mai bene: nacqui deſtinato a tutti i mali: troppo fierò, troppo crudele e il mio deſtino: nacqui ſotto maluagia ſtella.

Nemo omnium, qui uiuunt, me uno infelicior, aut infortunatior eſt: meas miſerias nulla aequat infelicitas: mea eſt miſerrima condicio: in ſumma uerſor infelicitate: omnibus uexor, perturbor, exagitor infortunijs, calamitatibus, miſerijs, malis: omnes me premunt miſeriae: infeſta, infenſa, aduerſa, iniqua mihi ſunt omnia: nulla eſt tam miſera fortuna, quam mea fortuna non ſuperet; quae ſit cum mea fortuna conferenda, quae non infra meam fortunam ſit: miſerrimo ſum fato, ſingulari, deteriore quam quiuis omnium, qui in terris degunt: meum eſt ſingulare fatum: ſingulari utor fato; ſingulari

fato

fato natus sum: infausto nimium, aduersoq. sidere sum natus: hæc mihi nascenti dicta lex est, numquam ut secunda fortuna uterer, numquam ut miser non essem, perpetuis ut uexaret miserijs, angerer, cruciarer, torquerer, affligerer malis: mecum agitur infeliciter: prorsus infeliciter ago: suas in me uires numquam fortuna non exercet: omnibus me fortuna machinis, omni telorum genere, suis, quantascunq. habet, opibus, ac uiribus oppugnat: non aduersa tantum, sed euersa penitus est mea fortuna: quis est omnium mortalium iniquiore condicione, deteriore loco, quam ego sum?

Superbo.

Troppo sei superbo, altiero, arrogante, insolente: troppo fai del grande: troppa stima fai di te stesso: la tua superbia e intolerabile: questa tua cosi grande arroganza non so io onde nasca, non ueggo la cagione onde proceda, non è altro che un frutto della tua bestialità: uuoi essere superiore a tutti: niuno stimi essere tuo pari: inalzi te stesso piu che la ragione non permette, piu che nõ si conuiene, oltra il cõueneuole, di grã lunga, sopra ogni tuo merito.

Nimium tibi places: plus tibi assumis, quam deceat, quam liceat, conueniat, æquum sit, oporteat, ratio ferat, patiatur, concedat: nimium te effers: arrogas tibi plus, quam licet: altius, quam oporteat, ipse te extollis: ita superbe agis, ut ferri non possis: superbia prorsus non ferenda: parem tibi esse neminem uis: te cunctis antefers: omnes despi

cis,

cis, te uero unum ſuſpicis: amas ipſe te ſine riuali: tibi ipſe magnus es, atq. eximius: omnia putas eſſe in te uno collocata: fortunam ipſam minus eſſe te ipſo fortunatã putas: perſuaſum habes, tuis te fortunis ipſam fortunam anteire.

T

TACERE.

Non intendo di uolerne parlare: non è mio intendimento di parlarne: non uoglio ragionarne, dirne, farne parola; entrar in queſto ragionamento: non ne parlerò: tacerò, tacitamente trapaſſerò: con ſilentio traſcorrerò.

Non faciam, ut dicam: tacitum relinquam: tacitus prætermittam: tacitus pertranſibo: tacebo: ſilebo: ſilentio inuoluam: ſilentio percurram: prorſus hoc omittam: abſtinebo: oratione mea non attingam: uerbum non faciam: ſermonem hac de re nullum habebo.

Tardare.

Se tu ſei certo di poterti inſignorire di quel regno, non è punto da tardare: non è da prolungare, d'allungare, da differire, da menar la coſa in lungo, da porui tempo, da farui indugio, da metterui tempo di mezzo: è da tentare la coſa ſenza indugio, ſenza tardanza, ſenz'aſpettar tempo, con ogni preſtezza, con ſubita diligenza, incontanente, immantinente, quanto prima.

Si tibi certum eſt; ſi habes exploratum, ſi pro certo exiſtimas poſſe te illius regni potiri, cunctandum

dum non est, differendum non est, producenda res non est, proferenda proroganda, protrahenda, extrahenda, longius ducenda: sine mora, sine cunctatione, sine ullo temporis interuallo aggredienda res est, tentanda, incipienda: facienda mora non est: interponenda mora nulla est: omnis est abijcienda mora, immorari, cunctari, lente agere, indormire non oportet.

Temenza.

Tu mi hai leuata ogni temenza: mi hai tratto di paura: hai liberato l'animo mio dal timore: mi hai assicurato l'animo: hai fatto, hai operato, sei stato cagione, da te è nato, ch'io non tema, ch'io habbia ripreso ardire, ch'io stia con animo forte e gagliardo mi hai fatto animoso, ardito, di animo franco.

Abstersisti mihi omnem metum: omnem mihi metum exemisti: omni me liberasti metu: effecisti, ut omnem timorem deponerem, ut auderem, forti animo ut essem, ut animo uigerem, nequid timerem, ut metu uacarem: animum meum confirmasti, ad fortitudinem reuocasti, afflictum excitasti: factum a te est, ut animus meus, qui iacebat, exsurgeret, excitaretur, erigeretur effecisti, ut animus meus sese colligeret, atq. confirmaret, roborisq. multum reciperet: languebat antea meus animus, tu, ut ualeret, ac uigeret, effecisti.

Tempi maluagi.

Niuno è, che stia bene in così cattiui e strani tempi, in questa mala stagione, in così rea qualità de' tempi,

in

in tanta maluagita de' tempi; a cosi maluagi tempi, in cosi misero stato de' tempi.

Nemo est, cui recte sit in hoc temporum miserri mo statu, in hoc tam miserrimo tẽporum statu; his temporibus; his tam miseris temporibus, tam du ris, tam aduersis tristibus, infaustis, iniquis impro bis, perditis, tam alienis ab omni uirtute, a bonis artibus, ab omni recte uiuendi ordine, ac ratione, in hac tam aduersa, tam dura, tam iniqua, tam mi sera, tam infelici temporum condicione, in tanta prauitate, atq. improbitate, tantisq. temporum ui tijs, in his omni calamitate, omni scelere ac flagi tio temporibus refertis, in hac omnium rerum per turbatione, malorum colluuie, doctrinarum, ar tiumq. liberalium pernicie.

Tempi miseri.

Verranno tanti mali, che meglio fie il morire prima che uederli: ogniuno aspetta ogni sorte de' mali; niu no hauera bene: tutti egualmente staranno male: affliggera tutti una fortuna uniuersale, sosterra o gniuno il suo peso delle miserie.

Ea temporum impendet condicio, ut optime ac tum cum eo putem, si quis ante ex uita discesserit, omnibus omnia impendent mala, manet omnes, im pendet omnibus, urget omnes, aduentat, appropin quat, iam adest eadem calamitas, nemini recte erit nemo erit, cui pessime non sit, qui pessime se non ha beat, qui non aduersa fortuna utatur, qui non ad uersus fortunae fluctibus iactetur: communis erit,

eadem

eadem omnium par, simillima fortuna: suum quisq. miserrimum pondus sustinebit: uexabit omnes eadem calamitas: miserrime cum omnibus, atq. infeliciter agetur: expers malorum nemo erit: miserijs nemo uacabit: malorũ incẽdio flagrabit unusquisq.

Tempi prosperi.

Molti ne tempi prosperi, non essendo saui, sono stati riputati sauissimi.

Multi, cum sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomen prosperis temporibus tulerunt, nacti sunt, consecuti, adepti: multi, cum sapientiam haberent nullam, summam tamen possidere secundis temporibus crediti sunt, in prospera fortuna, secunda, læta, felici, optima, secundis rebus, rebus ad uoluntatem fluentibus, cum nihil esset aduersi, cum rebus omnibus esset optime, cum omnia facillimo cursu procederent, iucundissimis, lætissimis optimis temporibus.

Tempo.

Se hauero tempo ti scriuero: se non saro occupato, se saro disoccupato, se non hauero occupatione: se non saro dalle occupationi impedito: se le occupationi il permetterãno: se dalle occupationi alquanto di tempo potro impetrare: se saro libero dalle occupationi se quel nodo delle continue cure, non diro affatto si discioglierà, ma alquanto pur un poco, in alcuna parte si allarghera: se hauero otio, se mi trouero otioso, scarico dal peso delle facende, libero et espedito dalle brighe, senza ueruna cura,

padrone

padrone di me ſteſſo, e di qualche ſpatio di tempo, ſe potrò rubbare un poco di tempo alle facende.

Si quid otij nactus ero, litteras ad te dabo: ſi otium erit: ſi uacabo: ſi per occupationes licebit: ſi permittent curae: ſi quid habeo uacui temporis: ſi quid erit ſpatij: ſi quod ſurripere ſpatium licebit: ſi quid ab occupationibus impetrare temporis licebit: niſi occupationes urgebunt: ſi mei iuris ero: ſi qua hora meo arbitratu licebit uti: ſi negotijs uacabo: uinculum illud occupationum, quo & aſſidue adſtringor, & arctiſſime, non dico prorſus exſoluetur, ſed paullulum modo, paulliſper, aliquantum, aliquantiſper, non nihil, aliqua ex parte laxabitur: ſi uacuus ero, curarum expers, liber a negotijs: ſi me ijs rebus, quibus nunc teneor implicatus, explicauero: ſi dabitur otium: ſi quies erit: ſi quieſcere licebit a curis, negotijs, occupationibus, moleſtijs.

Tempo allungato.

Vedi che non mi ſia prolungato il tempo, che non mi ſi aggiunga tempo, che non mi ſi allunghi, non creſca, piu oltre non uada, piu oltre non ſi ſtenda il tempo: habbi cura, che la coſa non paſſi oltre a' termini del tempo ordinato, che ſi termini al tempo detto, che il tempo rimanga il medeſimo.

Caue, ne mihi ſpatium producatur, dies proferatur, prorogetur, protrahatur, extrahatur, protendatur, fiat longior; ne res longius ducatur, ne in aliud tempus reijciatur, protrudatur, reſeruetur

Tempo buono.

Partiremmo col primo buon tempo, come prima il tem po ci sia fauoreuole, quando il tempo ci serua, c'inuiti, non sia contrario.

Quae prima nauigandi facultas data erit, ea utemur. nacti tempestatem opportunam, idoneam, aptam, minime aduersam, prosperam, secundam, discedemus, soluemus, proficiscemur, uela faciemus.

Tempo contrario.

Tu torni fuor di tempo, a tempo contrario, fuor di stagione: non era questo il tempo della tua tornata: non bisognaua, che hora tu tornassi: il ritornar hora non era a tuo proposito, non faceua per te, non ti tornaua bene, a tuo tempo non era.

In alienum tempus cadit reditus tuus: non redis opportune: alieno tempore reuerteris: reuertendi maturitas nondum aderat: non erat, cur hoc tempore redires: tuum reditum minime tempus postulat, ratio temporis, improbat, ac dissuadet: minime conuenit cum tempore tua reuersio: si temporis rationem spectasses, redeundi consilium non cepisses, aut susceptum abiecisses, improbasses, uitupe rasses, reprehendisses, damnasses, impetum, absurdum, auersum a ratione, plane stultum iudicasses.

Tempo lungo.

Il lũgo tempo diminuisce il dolore: scema il dolore per la lunghezza del tempo: con lo spatio di tempo la doglia si spegne: hanno forza gli anni di leuare de

l'animo la piu acerba paſsione.

Dolorem minuit, ac mollit dies, temporis longinquitas, uetuſtas: quae nobis a fortuna infliguntur uulnera, ſanantur uetuſtate: uis doloris cum tempore langueſcit: detrahit de dolore dies, atq. adeo extinguit omnem, planeq. tollit: quouis dolore affe-ctis, quouis malo laborantibus medetur tempus, medicinam dies affert, uetuſtas opem fert, opitulatur, ſubuenit, auxilio eſt, ſubſidio eſt: finem doloris dies affert, habet hoc tempus, ut quemuis dolorem, quamuis acriter in animo inſitum, euellat, atq. abijciat: eſt hoc temporis, ut omnem malorum memoriam, omnem aduerſae fortunae recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoueat.

Tempo di mare.

Quando ſi nauiga, biſogna gouernarſi ſecondo il tempo, fa biſogno di ubidir al tempo, e da oſſeruare quando il tempo commanda, e da ſecondar il tempo, da accomodarſi al tempo.

In nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, parere tempori, ad rationem temporis conſilia accommodare, quaſi ducem ſequi tempeſtatem, ſpectare quid tempus poſtulet, pendere oportet a tempeſtate, ſpectanda tempeſtas eſt, ad tempeſtatem conſilia dirigere debemus, habenda tempeſtatis ratio eſt, curſus nauigationis ad rationem tempeſtatum moderandus, dirigendus, tenendus.

piacciuti questi studi: hãnomi dilettato questi studi: ho dato opera a questi studi: ho preso piacere di questi studi; in questi studi ho consumato il mio tempo.

Huic me doctrinae a pueritia dedi: haec me a puero doctrina delectauit: hanc ego doctrinam, hanc studiorum rationem, hoc studiorum genus ab ineunte aetate sum secutus: meam operam ad haec studia iam inde a puero contuli, in hoc studiorum genere consumpsi, collocaui, his dedi studijs: haec studia a primis annis colui: huic litterarum generi a teneris annis deuinctus fui: incubui puer in hac studia.

Io studio ogni di piu: attendo sempre piu a gli studi: io mi stringo ogni di piu nella prattica de gli studi: cresce ogni giorno in me il desiderio degli studi: non scema col tempo, ma si fa maggiore lo studio mio.

Studium quotidie magis ingrauescit: quotidie magis cupiditate studiorum incendor: meam studiorum cupiditatem dies auget: tantum abest, ut meum studiũ dies imminuat, ut etiã augeat: incitor ad studia quotidie magis, studia complector, in studia incumbo: plus quotidie operae in studijs pono: litteris quotidie magis utor; studiorum amore, consuetudine, usu magis magisq. capior in dies singulos.

Vorrei che tu studiassi philosophia, che tu attendessi allo studio della philosophia, che tu ti mettessi allo studio della philosophia, che tu abbracci assi lo studio della philosophia.

Velim

Velim te ad eius ſcientiae ſtudum adiungas, unde naſcitur, atq. alitur moderatio uitae, unde recta uiuendi ratio, atque omnis ordo manat: uelim te ae philoſophiam conferas, tuum ſtudium applices: uelim philoſophiam complectaris, philoſophiae te dedas, tuam operam tradas, tuum ſtudium dices.

Ho cominciato a ſtudiar anche di notte.

Vigilare de nocte, noctu, per noctem, ſtudiorum cauſſa coepi: nocturnas uigilias diurnum ad ſtudium coepi adiungere, diurno cum ſtudio coniungere: ad ſtudia iam etiam aliquantum noctis aſſumo.

Penſo di laſciar affatto gli ſtudi: intendo di abandonare gli ſtudi: e mio penſiero: e mio intendimento di non ſeguire piu oltre gli ſtudi: ho in animo di rimettere gli ſtudi in tutto.

Multam litteris ſalutem dicere, in animo eſt; prorſus abijcere ſtudia cogito, ſeiungere me penitus a ſtudijs, uſum ſtudiorum in perpetuum dimittere, minime de ſtudijs in poſterum laborare, meam operam, meum tempus, meam induſtriam a ſtudijs alio traducere, transferre, conferre.

Studi ripigliati.

Tornero a ſtudiare, come gia ſoleua; tornero a' miei paſſati ſtudi: ripigliero gli uſati ſtudi: riuolgero i miei penſieri a gli ſtudi.

Ad noſtra me ſtudia referã litterarum: ſtudia repetam: reddam ſtudijs operas intermiſſas: ad ſtudiorum conſuetudinem atq. uſum redibo: priſtina

studia reuocabo: rursus ad studia me conferam: reuocabo me ad industriam: intermissa studia repetā.

Studi tralasciati.

Egli e tempo di tralasciar alquanto gli studi, di lasciare alquanto la pratica de gli studi; sollevare l'animo dalla fatica de gli studi, di dar riposo all'animo essercitato e stanco ne gli studi, di hauer qualche uacanza da gli studi, di porre il peso de gli studi, di alleggerire l'animo dal peso de gli studi.

Feriari licet a studijs: postulat tempus, ut studia intermittantur; tempus fert, ut studiorum usus parumper dimittatur; deponere aliquantisper studiorum onus licet: omittere studia, leuare animum onere studiorum honeste possumus: licet animum a studijs abducere: uacatio datur a studijs: feriae studiorum conceduntur.

Studi utili.

Gli studi giouano in ogni tempo; lo studiare partorisce utile in ogni tempo: e gioueuole sempre l'essercitio, la prattica, il trattenimento de gli studi: non cessa mai, non scema punto, e perpetua, e la medesima in ogni tempo l'utilita de gli studi: quando e mai, che gli studi non giouino? non e mai, che gli studi frutto non porgano: quando e mai che da gli studi utilita non si tragga? beneficio non si riceua? frutto non si colga?

Studia numquam non prosunt, non utilia sunt, non utilitatem pariunt, non emolumento sunt, non fructum ferunt: studiorum utilitatem dies non

imminuit:

imminuit: non terminatur ſpatio temporis, non definitur ulla die, perpetua eſt, eadem eſt in omni tempore; uitae par eſt ſtudiorum utilitas, ſtudijs ſecundae res ornantur, aduerſae adiuuantur a ſtudijs delectatio petitur in ſecunda fortuna, ſalus in aduerſa: ſtudiorum fructus in omni fortuna idem eſt: ſtudiorum tractatio nnmquam non utilis, numquam eſt infructuoſa; habent ſtudia quo iuuemur in omni uita, in omni fortuna, in omni loco: ecquando ſtudijs non iuuamur? ecquae dies utilitatem ſtudiorum extinguit, aut imminuit? de ſtudiorum utilitate nihil fortuna, nihil hominum iniuria, nihil ne dies quidem ipſa detrahit.

Subitamente.

Senza indugio faro quel che mi hai commeſſo: daro effetto al tuo commandamento ſubito, di ſubito, ſubitamente, ſenza metter tempo di mezzo ſenza punto di tardanza, incontanente, immantinente, quanto prima.

Confeſtim, e ueſtigio, quamprimum, ſtatim, actutum, primo quoque tempore, illico, ſine mora, ſine cunctatione, nulla facta mora, nulla interpoſita mora, omni prorſus abiecta mora, ne minimo quidem ſpatio temporis interiecto, exſequar tua mandata, quod mandaſti perficiam, tuis mandatis parebo, effectum dabo quod mandaſti, praeſtabo quod a te mandatum eſt.

Succeder bene.

Credo ch'io condurro la coſa a quel fine, che deſidero;

ro: penso che darò effetto alla cosa secondo il deside rio nostro, conforme al desiderio, simile al deside-rio, come desideriamo, come è il desiderio nostro, co me noi uogliamo: opererò di maniera, che porto o-pinione douer la cosa riuscire felicemente, hauer prospero fine, riuscire a buon fine, peruenire al desi-derato fine.

Puto fore, ut rem ex sententia geram, feliciter expediam, conficiam, ad eum, quem uolo, exitum, perducam, felici exitu concludam efficiam, opinor, ut res optime succedat, ut exitum res habeat, qualem optamus, ne res, contra quam uolumus, succe-dat, ne quid aduersi cõtingat in re, ne sit infaustus, aduersus, alienus a nostris uolũtatibus, alius, atq. uolumus, exitus rei euentus rei, rei finis ac termi-nus: spero futurum, ut in hac re meis optatis fortu-na respondeat, cum animo meo fortuna consentiat, ab animo meo fortuna minime dissentiat, nihil ad-uersi fortuna obijciat, nequaquam fortuna repu-gnet, resistat, obsistat, aduersetur, sese opponat, suã uim obijciat; impedimentum ullum inijciat, occur-rat, obuiam eat: futurum existimo, ut in hoc se-cunda, facili, prospera, propitia, per benigna for-tuna utamur.

Desidero, che bene te n'auenga, felicemente ti riesca, secondo il desiderio succeda: qual è il desiderio, ta le sia l'auenimento.

Quod actum est, dij approbent, fortunent, secun dent, bene uelin succedere, felicem ad exitum per-ducant;

ducant: dij faxint, ut id, quod actum eſt, felix fauſtumq. ſit, optime ſuccedat, proſperum habeat euẽtum: dij faueant, probent, ratum eſſe uelint, actum feliciter, quod actum eſt: utinam ex hac re contingant ea, quae cupis, optata omnia contingant, nihil contra uoluntatem eueniat, omnia ſecunda fluant, ſumma felicitas emanet.

Suenturato.

Io ſon ſuenturato piu che la mala uentura; ſono sfortunato, mal'auenturato, peggio auuẽturato di huomo uiuente, infelice, miſero affatto, ſcherzo della fortuna, in disgratia della fortuna, carico di ogni ſciagura, priuo di ogni bene, nudo di ogni ſperanza, da perpetua fortuna combattutó, oppreſſo da tutti i mali: io nacqui per non hauer mai bene: nacqui deſtinato a tutti i mali: troppo fiero, troppo crudele e il mio deſtino: nacqui ſotto maluagia ſtella.

Nemo omnium, qui uiuunt, me uno infelicior, aut infortunatior eſt: meas miſerias nulla aequat infelicitas: mea eſt miſerrima condicio: in ſumma uerſor infelicitate: omnibus uexor, perturbor, exagitor infortunijs, calamitatibus, miſerijs, malis: omnes me premunt miſeriae: infeſta, infenſa, aduerſa, iniqua mihi ſunt omnia: nulla eſt tam miſera fortuna, quam mea fortuna non ſuperet; quae ſit cum mea fortuna conferenda, quae non infra meam fortunam ſit: miſerrimo ſum fato, ſingulari, deteriore quam quiuis omnium, qui in terris degunt: meum eſt ſingulare fatum: ſingulari utor fato: ſingulari

fato

fato natus sum: infausto nimium, aduersoq. sidere sum natus: hæc mihi nascenti dicta lex est, numquam ut secunda fortuna uterer, numquam ut miser non essem, perpetuis ut uexaret miserijs, angerer, cruciarer, torquerer, affligerer malis: mecum agitur infeliciter: prorsus infeliciter ago: suas in me uires numquam fortuna non exercet: omnibus me fortuna machinis, omni telorum genere, suis, quantascunq. habet, opibus, ac uiribus oppugnat: non aduersa tantum, sed euersa penitus est mea fortuna: quis est omnium mortalium iniquiore condicione, deteriore loco, quàm ego sum?

Superbo.

Troppo sei superbo, altiero, arrogante, insolente: troppo fai del grande: troppa stima fai di te stesso: la tua superbia e intolerabile: questa tua cosi grande arroganza non so io onde nasca, non ueggo la cagione onde proceda, non è altro che un frutto della tua bestialità: uuoi essere superiore a tutti: niuno stimi essere tuo pari: inalzi te stesso piu che la ragione non permette, piu che nõ si conuiene, oltra il cõueneuole, di grã lunga, sopra ogni tuo merito.
Nimium tibi places: plus tibi assumis, quam deceat, quam liceat, conueniat, æquum sit, oporteat, ratio ferat, patiatur, concedat: nimium te effers: arrogas tibi plus, quam licet: altius, quam oporteat, ipse te extollis: ita superbe agis, ut ferri non possis: superbia prorsus non ferenda: parem tibi esse neminem uis: te cunctis antefers: omnes despi

cis,

cis, te uero unum ſuſpicis: amas ipſe te ſine riuali: tibi ipſe magnus es, atq. eximius: omnia putas eſſe in te uno collocata: fortunam ipſam minus eſſe te ipſo fortunatã putas: perſuaſum habes, tuis te fortunis ipſam fortunam anteire.

T

TACERE.

Non intendo di uolerne parlare: non è mio intendimento di parlarne: non uogliò ragionarne, dirne, farne parola, entrar in queſto ragionamento: non ne parlerò: tacerò, tacitamente trapaſſerò: con ſilentio traſcorrerò.

Non faciam, ut dicam: tacitum relinquam: tacitus prætermittam: tacitus pertranſibo: tacebo: ſilebo: ſilentio inuoluam: ſilentio percurram: prorſus hoc omittam: abſtinebo: oratione mea non attingam: uerbum non faciam: ſermonem hac de re nullum habebo.

Tardare.

Se tu ſei certo di poterti inſignorire di quel regno, non e punto da tardare: non e da prolungare, d'allungare, da differire, da menar la coſa in lungo, da porui tempo, da farui indugio, da metterui tempo di mezzo: e da tentare la coſa ſenza indugio, ſenza tardanza, ſenz'aſpettar tempo, con ogni preſtezza, con ſubita diligenza, incontanente, immantinente, quanto prima.

Si tibi certum eſt, ſi habes exploratum, ſi pro certo exiſtimas poſſe te illius regni potiri, cunctandum

dum non est, differendum non est, producenda res non est, proferenda prorogand a, protrahenda, extrahenda, longius ducenda: sine mora, sine cunctatione, sine ullo temporis interuallo aggrediend a res est, tentanda, incipienda: facienda mora non est: interponenda mora nulla est: omnis est abijcienda mora, immorari, cunctari, lente agere, indormire non oportet.

Temenza.

Tu mi hai leuata ogni temenza: mi hai tratto di paura: hai liberato l'animo mio dal timore: mi hai assicurato l'animo: hai fatto, hai operato, sei stato cagione, da te è nato, ch'io non tema, ch'io habbia ripreso ardire, ch'io stia con animo forte e gagliardo mi hai fatto animoso, ardito, di animo franco.

Abstersisti mihi omnem metum: omnem mihi metum exemisti: omni me liberasti metu: effecisti, ut omnem timorem deponerem, ut auderem, forti animo ut essem, ut animo uigerem, ne quid timerem, ut metu uacarem: animum meum confirmasti, ad fortitudinem reuocasti, afflictum excitasti: factum a te est, ut animus meus, qui iacebat, exsurgeret, excitaretur, erigeretur effecisti, ut animus meus sese colligeret, atq. confirmaret, roborisq. multum reciperet: languebat antea meus animus, tu, ut ualeret, ac uigeret, effecisti.

Tempi maluagi.

Niuno è, che stia bene in così cattiui e strani tempi, in questa mala stagione, in così rea qualità de' tempi,

in

in tanta maluagita de' tempi, a coſi maluagi tempi, in coſi miſero ſtato de' tempi.

Nemo eſt, cui recte ſit in hoc temporum miſerri mo ſtatu, in hoc tam miſerrimo tēporum ſtatu, his temporibus; his tam miſeris temporibus, tam du ris, tam aduerſis triſtibus, infauſtis, iniquis impro bis, perditis, tam alienis ab omni uirtute; a bonis artibus, ab omni recte uiuendi ordine, ac ratione, in hac tam aduerſa, tam dura, tam iniqua, tam mi-ſera, tam infelici temporum condicione, in tanta prauitate, atq. improbitate, tantisq. temporum ui tijs, in his omni calamitate, omni ſcelere ac flagi-tio temporibus refertis, in hac omnium rerum per-turbatione, malorum colluuie, doctrinarum, ar-tiumq. liberalium pernicie.

Tempi miſeri.

Verranno tanti mali, che meglio fie il morire prima che uederli: ogniuno aſpetta ogni ſorte de' mali; niu no hauera bene: tutti egualmente ſtaranno male: affliggera tutti una fortuna uniuerſale, ſoſterra o-gniuno il ſuo peſo delle miſerie.

Ea temporum impendet condicio, ut optime ac-tum cum eo putem, ſi quis ante ex uita diſceſſerit, omnibus omnia impendent mala, manet omnes, im-pendet omnibus, urget omnes, aduentat, appropin quat, iam adeſt eadem calamitas, nemini recte erit nemo erit, cui peßime non ſit, qui peßime ſe non ha beat, qui non aduerſa fortuna utatur, qui non ad-uerſus fortunae fluctibus iactetur: communis erit,

eadem

eadem omnium par, simillima fortuna: suum quisq. miserrimum pondus sustinebit: uexabit omnes eadem calamitas: miserrime cum omnibus, atq. infeliciter agetur: expers malorum nemo erit: miserijs nemo uacabit: malorũ incẽdio flagrabit unusquisq.

Tempi prosperi.

Molti ne tempi prosperi, non essendo saui, sono stati riputati sauissimi.

Multi, cum sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomen prosperis temporibus tulerunt, nacti sunt, consecuti, adepti: multi, cum sapientiam haberent nullam, summam tamen possidere secundis temporibus crediti sunt, in prospera fortuna, secunda, læta, felici, optima, secundis rebus, rebus ad uoluntatem fluentibus, cum nihil esset aduersi, cum rebus omnibus esset optime, cum omnia facillimo cursu procederent, iucundissimis, lætissimis optimis temporibus.

Tempo.

Se hauero tempo ti scriuero: se non saro occupato, se saro disoccupato, se non hauero occupatione: se non saro dalle occupationi impedito: se le occupationi il permetterãno: se dalle occupationi alquanto di tempo potro impetrare: se saro libero dalle occupationi se quel nodo delle continue cure, non diro affatto si disciogliera, ma alquanto pur un poco, in alcuna parte si allarghera: se hauero otio, se mi trouero otioso, scarico dal peso delle facende, libero et espedito dalle brighe, senza ueruna cura,

padrone

padrone di me ſteſſo, e di qualche ſpatio di tempo, ſe potro rubbare un poco di tempo alle facende.

Si quid otij nactus ero, litteras ad te dabo: ſi otium erit; ſi uacabo: ſi per occupationes licebit: ſi permittent curae: ſi quid habeo uacui temporis: ſi quid erit ſpatij: ſi quod ſurripere ſpatium licebit: ſi quid ab occupationibus impetrare temporis licebit: niſi occupationes urgebunt: ſi mei iuris ero: ſi qua hora meo arbitratu licebit uti: ſi negotijs uacabo: uinculum illud occupationum, quo & aßidue adſtringor, & arctißime, non dico prorſus exſoluetur, ſed paullulum modo, paulliſper, aliquantum, aliquantiſper, non nihil, aliqua ex parte laxabitur: ſi uacuus ero, curarum expers, liber a negotijs: ſi me ijs rebus, quibus nunc teneor implicatus, explicauero: ſi dabitur otium: ſi quies erit: ſi quieſcere licebit a curis, negotijs, occupationibus, moleſtijs.

Tempo allungato.

Vedi che non mi ſia prolungato il tempo, che non mi ſi aggiunga tempo, che non mi ſi allunghi, non creſca, piu oltre non uada, piu oltre non ſi ſtenda il tempo: habbi cura, che la coſa non paßi oltre a' termini del tempo ordinato, che ſi termini al tempo detto, che il tempo rimanga il medeſimo.

Caue, ne mihi ſpatium producatur, dies proferatur, prorogetur, protrahatur, extrahatur, protendatur, fiat longior; ne res longius ducatur, ne in aliud tempus reijciatur, protrudatur, reſeruetur

l'animo la piu acerba paßione.

Dolorem minuit, ac mollit dies, temporis longinquitas, uetustas: quae nobis a fortuna infliguntur uulnera, sanantur uetustate: uis doloris cum tempore languescit: detrahit de dolore dies, atq. adeo extinguit omnem, planeq. tollit: quouis dolore affectis, quouis malo laborantibus medetur tempus, medicinam dies affert, uetustas opem fert, opitulatur, subuenit, auxilio est, subsidio est: finem doloris dies affert: habet hoc tempus, ut quemuis dolorem, quamuis acriter in animo insitum, euellat, atq. abijciat: est hoc temporis, ut omnem malorum memoriam, omnem aduersae fortunae recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoueat.

Tempo di mare.

Quando si nauiga, bisogna gouernarsi secondo il tempo, fa bisogno di ubidir al tempo, e da osseruare quando il tempo commanda, e da secondar il tempo, da accomodarsi al tempo.

In nauigando tempestati obsequi artis est, parere tempori, ad rationem temporis consilia accommodare, quasi ducem sequi tempestatem, spectare quid tempus postulet, pendere oportet a tempestate, spectanda tempestas est, ad tempestatem consilia dirigere debemus, habenda tempestatis ratio est, cursus nauigationis ad rationem tempestatum moderandus, dirigendus, tenendus.

Tempo uerra.

Tempo uerra, che la uirtu sara tenuta in pregio, uerra quel giorno, che sie prezzata la uirtu, sara a qualche tempo in grado la uirtu: uedrassi ancora quel giorno, che hauera la uirtu il douuto luogo.

Veniet tempus, ueniet illa dies, erit tempus, erit aliquando illa dies: illucescet aliquando illa dies diem aliquando illum Sol afferet mortalibus, erit aliquando, cum suus uirtuti tribuatur honor, cum uirtuti honor habeatur, cum uirtus colatur, tanti aestimetur, quanti est, in honore sit, cum uirtuti honores debiti persoluantur, deferatur plurimum, cum uirtus magna in primis honestaq. sit, honestum locum habeat, sit inter ea, quae prima ducuntur.

Tener con uno.

Io saro teco, terro teco, saro dal tuo lato, a te mi accostero, seguiro te: seguiro la parte tua, la tua fattione, la tua setta, la tua banda, saro uno de' tuoi.

Tecum ero: tecum faciam, te sequar, te stabo: tuis in praesidijs ero: tuas partes, tuam caussam sequar, tuebor: de tuis unus ero: me tuum numera: me de tuis unum habe: in numero tuorum ero.

Tener ragione.

Egli tiene ragione hor in questa, hor in quell'altra terra, rende ragione, fa ragione, ascolta le differenze, conosce le liti, giudica delle controuersie.

Modo in hoc, modo in illo opido forum agit, ius dicit, litigantes audit, res iudicat, caussas cognoscit, iudicat de controuersiis, disceptat, ius administrat,

piſtrat, diſtribuit.

Termine.

Queſto è il termine de' miei penſieri, queſto è il fine, e l'ogetto, l'ultima intentione, la mira, lo ſcopo, doue mirano i miei penſieri, altroue la mente mia non tira, queſto è quel ſegno, doue indirizzo ogni mia opera, & ogni mio penſiero.

Hic eſt terminus, finis, ſcopus, quo intenduntur cogitationes meae: haec eſt quaſi meta, quo ut perueniã, elaboro, atq. euigilo: huc ſpectat animus meus, huc me uolũtas, huc iudiciũ, & ratio ducit.

Timido.

Tu ſei di poco animo, non hai l'animo gagliardo, franco, forte, robuſto, ſei puſillanimo, uedeſi in te gran debolezza di animo.

Exigui, puſilli, infirmi, imbecilli animi es: infirmus ab animo es: animo iaces: iacet animus tuus: roboris ac neruorum in animo tuo parum eſt, nimium demiſſo, nimium imbecillo animo es: animus tibi ſine animo eſt; abeſt animus ab animo tuo: facile commoueris, facile animo concidis: langues animo: languet animus tuus: animo non uiges: non uiget animus tuus: animum in te deſidero, requiro.

Tornare.

Torno in uilla, che non me n'aueggo, in uilla mi rimenano i piedi, ſenza ch'io me n'aueggа.

Redeo, reuertor, reuerto, refero me ad rus, repeto rus inſciens, imprudens, inſcienter, praeter uoluntatem: pedes me ad rus inſcientem referunt.

Tornare in amicitia.

Io mi sono rappacificato co'miei nemici.

Cum inimicis in gratiam redij, reconciliatus sum. uedi la parola, Rappacificarsi.

Torto.

Tu mi hai fatto torto, ingiuria, ingiustitia, ingiustamente mi hai trattato, mi hai offeso, mi hai ingiuriato: ho da te riceuuto ingiuria.

Inique mecum egisti: iniuriose me tractasti, iniuriam mihi intulisti: iniuria me affecisti: iniuriam abs te tuli, passus sum, laesus a te sum immerito meo, nullo meo merito, nulla culpa, absq. culpa, nihil tale meritus: laesisti me immerentem, innocentem, nullius affinem culpae, omnis expertem culpae, ab omni uacuum culpa.

Trafficare.

Traffica in Milano: ha traffichi in Milano: ha negotij in Milano: ha facende, ha maneggi, ha mercatantia in Milano.

Mediolani negotiatur, habet negotia, gerit negotia, mercaturã exercet, res agit, negotia tractat.

Tralasciare gli studi.

Egli e tempo di tralasciare alquanto gli studi.

Feriari licet a studijs, studia intermittere, studia paullulum deponere. Vedi, Studi tralasciati.

Tramortito.

Egli e in angoscia, e rimaso come morto, ha perduto i sentimenti.

Animus eum reliquit, destituit, defecit: deli-

quium animi paſſus eſt: intermortuus eſt: defecit: animo concidit: ita captus omni ſenſu eſt, ut uitâ diſceßiſſe uideretur.

Trattenere.

Trattieni la coſa quanto puoi: tien ſoſpeſa la coſa: ual la prolungando, mettiui tempo di mezzo.

Rem ſuſtine, ſuſpende, quod licet: moram interpone: rem ducas, producas, proroges, protrahas.

Trauagliare.

Non ho meritato che tanto debbano trauagliarmi: di cotanto affanno non era degno: ingiuſtamente mi uien dato impaccio.

Vexor, exagitor, iactor immerito meo; negotium exhibetur immerenti; moleſtijs & iniurijs afficior ſine cauſſa: commiſſum a me non eſt, ut haec tam grauia ſuſtinerem.

Tribulatione.

Ogniuno aſpetta di gran tribulationi: ſara tribulato ogniuno: niuno ſara ſenza trauaglio, niuno che non ſoſtenga molti mali.

Nulla eſt acerbitas, quae non omnibus impendeat, immineat, quae non omnes maneat: aduerſa omnes omnia ſuſtinebunt: pari omnes calamitate prementur: communis erit omnium, non propria cuiuſquam, malorum tempeſtas, uis malorum, iniquitas fort unae.

Tributario.

Queſte poſſeßioni pagano grauezza, danno tributo, pagano cenſo.

Fructuarij sunt hi agri, non sunt immunes, tributũ soluũt, publice aliquid pẽdunt, uectigales sunt.

V.

VACANZE.

Hora si riposa dalle facende: riposano le facende: stannosi gli huomini a riposo: cessano le facende: non si traffica.

Quies nunc a negotijs est; quiescunt negotia: prolatae res sunt; negotia non geruntur: negotiorum nihil est: rerum nihil geritur: quiescunt homines a negotijs: feriae sunt a negotijs: uacatio est a rebus gerendis; uacationem a rebus, quietem a negotijs concedit tempus.

Vago di gloria.

Infin da fanciullo tu eri uago della gloria, amaui molto la gloria, grandemente la gloria ti piaceua, ti dilettaua, ti aggradiua, eri infiãmato dell'amore della gloria, intendeui con tutto l'animo alla gloria.

Inflammatus ad gloriam a puero fuisti: iam inde a pueritia gloriae studio, atq. amore flagrabas: spectasti gloriam ante omnes res a primis annis: tibi erat gloriam omnium rerum antiquißima, in animo erat, in oculis erat, in amoribus erat, in delicijs erat.

Valersi.

In ogni cosa mi ualero, mi seruiro di tuo fratello, adoperero tuo fratello, usero l'opera di tuo fratello, mi ualero dell'opera di tuo fratello.

Vtar ad omnia tuo fratre, utar opera fratris tui:

quid-

quidquid acciderit, confugiam ad fratrem tuum.

Vanità.

Ti piacciono le uanità; uai dietro a coſe uane: leggieri, e di poco momento ſono gli ſtudi tuoi.

Rebus leuioribus tuum ſtudium das: tibi placet leuitates; contemplaris, ſequeris, amas inania; contuliſti tuum ſtudium ad res inanes: colis ea, quae non conſiſtunt, nihil habent firmitudinis, nihil grauitatis, nihil ponderis, inania ſunt, leuia, nullius ponderis, infirma, minime ſolida: amas ea, quae ſolidum nihil habent.

Vano.

Non uidi mai huomo piu uano, di maggior uanità, piu leggieri, men graue.

Vaniorem, inaniorem, leuiorem, dementiorem uidi neminem. nihil eſt in eo grauitatis: nihil eſt in illo inanius. uento leuior eſt, aere inanior.

Vbidire.

Quel, che da te mi fie commeſſo, eſſequiro uolentieri: ubidiro a' tuoi commandamenti: daro effetto alle tue commiſſioni: la mia uolonta alla tua ſeruira: tanto faro, quanto commanderai.

Parebo tuis mandatis: exſequar tua mandata: effectum dabo quod mandaſti: tuae uoluntati parebo, morem geram, obſequar, obtemperabo: ſequar uoluntatem tuam; meam uoluntatem ad tuam aggregabo, cum tua coniungam: tuae uoluntati mea uoluntas ſeruiet: tua mihi uoluntas lex erit, atq. norma.

Vbidire.

Vbidire al tempo.

E cosa da sauio il saper gouernarsi, e reggersi secondo il tempo, a modo del tempo, secondo la stagione, come pare che il tempo commandi.

Tempori cedere, necessitati parere, res ad tempus accommodare, uti tempore, quae tempus postulet, ea seruare, atq. exsequi, sapientia est, sapientiae est, sapientis est, conuenit sapienti, proprium sapientis est, decet sapientem, ad sapientem pertinet: qui tempus consulit, qui rationem temporis habet qui nullam rem agit, quam tempus improbare uideatur, is uere sapiens est, hunc uere sapientem dicas, sapientem qui hunc appellet, non errabit.

Vecchiezza.

I figliuoli giouani sostētano i padri, quādo cominciano ad inuecchiare, a uenir uecchi, a perdere le forze per il peso della uecchiezza, accostarsi alla uecchiezza, auicinarsi all'eta senile, all'ultima parte della uita.

Parentum aetas ingrauescens filiorum in adolescentia conquiescit: parentum imbecillitas filiorum nititur adolescentia: parentum senectutē fulcit, ac sustentat filiorum adolescentia: subsidio est labentibus parentū uiribus adolescentia liberorū: senio parentum subueniunt adolescentes filij.

Vecchio.

Io sono tanto uecchio, che poco piu di uita mi resta: assai lungo e stato il corso della uita mia: son peruenuto cō gli anni al fine della uita: a quel grado

di eta ſon gionto, oltre al quale poco ſi paſſa.

Iā me ad exitū uitae poenae natura ipſa perdu xit:aetati ſatis ſuperq. uixi:nō ē,cur me poeniteat quātū uixerim: uixi uitā ſatis diuturnā: curſus mi hi uitae iā poenae cōfectus,et abſolutus eſt: decur ſus mihi iā prope uitae ſpatiū eſt: quantulū mihi ui tae ſpatiū reſtat: quātulū mihi uitae reſtat, ſuper- eſt,reliquū eſt, relinquitur: tāquā a carceribus ad metā uitae iā perueni: uixi quatenus homini licet, quatenus homini ſatis eſſe poßit:extremae ſenectu tis onus ſuſtineo: extrema mihi uitae pars agitur.

Veder un paeſe.

Stando a ſedere nella mia camera, io uedeua tutto quel paeſe.

Tota mihi illa regio, in cubiculo meo ſedenti, erat in cōſpectu,ante oculos erat,ſub oculis erat, ob oculos erat,ad oculos occurrebat,ī oculis erat, ſeſe oſtēdebat,patebat,aperiebatur,exponebatur.

Vento contrario.

Ci forzammo di entrare in porto, e non potemmo per il uento contrario: mettendo noi ogni ſtudio per entrar in porto, la forza del uento contrario ci ri- ſoſpinſe, e rigitto: mal grado noſtro il uento dal porto ci rimoſſe.

Portum,reflante uento, tenere non potuimus, ingredi,inire,obtinere,aſſequi non licuit:uenti uis aduerſa portu nos excluſit, prohibuit, arcuit, amouit: reiecti ſumus a portu, reflante uento: portum uentus eripuit: ſummouit nos uentus

a portu: portum inire conantes repulit uentus.

Vergogna.

Essi piu di te ne saranno biasimati: maggior uergogna loro ne auerra, che a te: ne seguira loro maggior biasimo, che a te: piu di te riporteranno infamia.

Maiori hoc illis erit fraudi, quam tibi: uitio dabitur ijs potius, quam tibi: culpae plus in eos, quam in te conferetur: plus ipsi ferent infamiae, dedecoris, ignominiae, culpae: grauior ad eos, quam ad te, redibit infamia.

Ti sara gran uergogna, se darai a conoscere, che tu non sia di quel grand'animo, che soleui.

Animi tui magnitudinem inflectere sine summo dedecore non potes: subibis infamiam, si ab animi tui praestantia desciueris: excelso animo eras; si te demiseris, aut humile quidquam cogitaueris, facies turpissime, dedecus admittes, grauis infamia consequetur, summo tibi erit dedecori.

Doue tu credi che sia honore, stimo io che sia uergogna: onde tu lode et honore aspetti, pare a me biasimo, e uergogna si debba aspettare: onde tu credi che debba nascere honore, indi credo io che sorgera uergogna.

Qua tu in re dignitatem, ego deformitatem statuo, pono, loco, sitam censeo, positam, locatam, constitutam: quem tu dignitatis, eum ego locum infamiae puto: quod tu ualere ad laudem existimas, ego dedecus in eo, turpitudinemq; constituo: unde tu decus, & gloriam speras exoriri posse, inde ego

ne

ne dedecus emergat, ne emanet infamia, ne turpitu do effluat, magnopere uereor.

Vergogna eterna.

Tu ti hai macchiato di uergogna tale, che non potra mai il tempo cancellarla : ti hai condennato a ſem piterna uergogna: hai operato di maniera, che ſa rai ſempre infame, non hauerai da qui innanzi al cuna riputatione.

Aeternam ignominiae labem ſubijſti : ſempi ternam ipſe tibi ignominiam impoſuiſti: aeterna ti bi eſt iniuſta infamiae nota: ipſe te adſperſiſti, atq. inquinaſti maculis infamiae ſempiternis: ſpem tibi omnem futurae dignitatis ademiſti: nullam tibi in poſterum dignitatis partem reliquiſti.

Veriſimile.

Egli e ueriſimile; ha forma, apparenza, faccia di ueri ta: e coſa da credere: e credibile: par ragioneuole: ha del ragioneuole.

Rationi conſentaneum eſt : cum ratione conſen tit: conſentaneum eſt: ſimile ueri, credibile, non alie num a ratione, cum ratione congruens: ratio poſtu lat, ut credatur ; eſt cur credatur, uerum putetur: ueri ſimilitudinem, ſpeciem, formam imaginem praeſefert, oſtendit : non diſcrepat, non diſsentit, non procul abeſt a ratione.

Verita.

Stimo piu la uerita, che l'amicitia: ho maggior riguar do alla uerita, che all'amicitia : con la ueri ta, non con l'amicitia, mi conſiglio : piu mi muo

ue la uirita che l'amicitia.

Veritati plus, quam amicitiae, tribuo: maiorem habeo ueritatis, quam amicitiae, rationem: pluris est apud me ueritas, quam amicitia: amicitiae ueritatem antepono: locum apud me honestiorẽ ueritas obtinet: quã amicitia: apud me cedit amicitia ueritati: nihil amicitiæ largior, nihil ueritati nego.

Verno.

Questo è un brutto uerno, fastidioso, strano, malinconico, di horribil aspetto.

Taeterrima, ac foedissima hiems est: hieme utimur iucunda, ac tristi: hiemem habemus perodiosam: nihil hac hieme foedius, nihil horribilius.

Vestimento.

Vestito alla Spagnuola, a guisa di Spagnuolo, a uso di Spagna, nella maniera di Spagna, come in Spagna si costuma, come porta il costume di Spagna.

Ornatu Hispaniensi: Hispaniorum more: indutus more Hispaniensi: speciem hominum Hispanorum uestitu referens, praeseferens, ut in Hispania solet: ut Hispaniae mos & consuetudo fert.

Vffici cattiui.

Mi e stato forza di lasciare quella mia antica opinione, per li pessimi uffici, per le maluagie operationi, per li tristi effetti, per lo cattiuo operare di costoro.

Istorum maleuolentissimis obtrectationibus, improbis artibus, iniqua infensaq. in primis opera de uetere illa mea sententia depulsus sum, detrusus, deiectus, ueterem sententiam deposui, abijcere sum

coactus, discedere a sententia, desciscere, animum abducere, instituta e cursum opinionis alio conuertere, flectere, mutare.

Vfficio.

Questo e l'ufficio tuo: tuo debito e questo: da te si richiede: a te si conuiene; sei tenuto a questo: a te si appartiene, si aspetta, si richiede.

Tuum hoc est munus, tui muneris, tuae partes: tuarum partium: hoc a te postulatur, exspectatur, requiritur, exigitur; hoc homines exspectant: hoc ad te pertinet, attinet, spectat, tibi conuenit, in te conuenit, te decet, tuum est: hoc debes, tibi non licet hoc negligere: proprie in te cadit.

Viaggio.

Non ti mettere in uiaggio se non sei sano: non entrar in camino, se non ti senti bene: lascia il pensiero di far uiaggio, se non sei in stato buono di sanita.

Ne te uiae, nisi confirmato corpore, committas: nisi recte ualeas ne te in uiam des: peregrinandi consilium, nisi ualetudine firma utaris, omitte.

Vicario.

Egli e uicario del Papa: sostiene carico del Papa: e in luogo del Papa: rappresenta sua Santita, sua Beatitudine, il Pontefice, nostro Signore, il Vicario di Christo.

Pontificium munus sustinet, Pontificis agit partes: Pontificem agit: Pontificis loco est: uicariam operam Pontificis loco praebet: Pontificis personam gerit sustinet.

Vietare.

Vincere.

Con poca fatica io uinsi l'uno e l'altro: io rimasi uincitore: hebbi la uittoria.

Vtrunque facile fregi, atque abieci, nullo negotio retudi: uictoriam ex utroque tuli: uictoria sum potitus: uterque mihi uictus cessit.

Vincere un'essercito.

Cesare uinse Pompeio in battaglia con essercito assai minor del suo.

Caesar Pompeium, cum exercitum ipse haberet multis partibus inferiorem, pugna tamen fregit, proelio superauit, acie uicit, fudit, fugauitque, copias eius profligauit, in fugam coniecit, conuertit, uictoria est potitus; uictoriam tulit, obtinuit, consecutus est, adeptus est.

Vindicare.

Egli ha fatto contra di se quel, che doueuamo far noi: ha fatto le nostre uendette contra di se stesso: ha operato contra se stesso: ha procacciato il suo danno in luogo nostro, in cambio nostro.

Nostram uicem ultus est ipse sese: quem hostem, eundem suimet ultorem habuimus: eundem & iniquum aduersus nos, & iniquitatis, atque iniuriarum uindicem habuimus: ultor fuit, ac punitor doloris nostri: quod nostrum erat, ipse effecit, ut iniurias nostras in se ipso uindicaret, ulcisceretur, persequeretur.

Villa.

Diletta molto lo star in uilla: è di piacere lo star in

uilla: la uilla, il uilleggiare, la ſtanza di uilla è di gran ſolazzo, ſpaſſo, diporto, porge molta allegria all'animo, riconforta l'animo.

Ruri eſſe, ruri habere, rus colere, ruſticari, cum ruſticis eſſe, in agris eſſe, ruſticam uitam agere, periucundū eſt, delectat in primis, iucunditatē habet, ſummae uoluptatis eſt, male affectum animum recreat, maerorem fugat, maeroris medicina eſt.

Villaneggiare.

Duolmi, che ſenza tua colpa tu ſia ſtato uillaneggiato, ti ſia ſtata fatta uillania, ſcorno, dishonore.

Doleo, te immerentem conuicio iactatum, exagitatum, uexatum, male acceptum: angor animo, quod ignominiam tuleris nulla tua culpa, quod ignominia tibi ſit illata immerenti, quod ignominioſe ſis tractatus, ignominia ſis affectus nullo tuo merito.

Viliſsimo animo.

Io mi marauiglio grandemente, che tu conuerſi col piu uile, col piu da poco, col maggior ſciagurato, che ſia al mondo.

Valde miror, quod hominis taeterrimi, ac ſordidiſsimi conſuetudine utaris: mirari ſatis non poſſum, quod eius te hominis uſus & conſuetudo delectet, cuius infima condicio ſit, qui ſit infimae condicionis, humillimi loci, obſcuri loci, nullius loci, nullius ordinis, nullius pretij, deſpectus, abiectus, contemptus, terræ filius, inops ab omni prorſus exiſtimatione, neq; a ſe ipſo, neque a maioribus commendatus, nulla maiorum laude, nulla ſua uirtute

commendatus,honeſtatus, nobilitatus, inſignis.

Vilta di animo.

Gran uiltà di animo ho conoſciuto in lui: l'ho conoſciuto uiliſsimo,di baſsiſsimo animo,ſenza alcun nobil penſiero, priuo di ogni honorato deſiderio.

Summam in eo animi humilitatem cognoui, animi demiſsionem, abiectionem, infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem, anguſtias: hominem eſſe uidi exigui admodum animi, demiſsi, abiecti, humillimi, infirmi, imbecilli, peranguſti, in primis puſilli, nihil altum ſuſpicientem, nihil ſpectantem in laude poſitum, nihil de laude cogitantem, nullius laudis cupiditate flagrantem, auerſum ab omni gloriæ ſtudio, in humiles planeq. ſordidas cogitationes deiectum, tamquam humi ſerpentem.

Violenza.

Sceleratiſsimo è colui,che fa uiolenza alla patria,ouero al padre: non è huomo piu ſcelerato di colui, commette colui ogni ſcelerità: pecca grauiſsimamente: commette la maggior colpa del mondo.

Nullum eſt grauius piaculum, quam patriam, aut parentem uiolare, quam patriae, aut parenti uim afferre, inferre, manus afferre, inferre, iniuriam facere, inferre.

Virtu.

Ad un ſauio, come tu ſei, ſta bene a giudicare, che la uera lode naſca ſolamente dalla uirtù, che ſolamẽte all'huomo uirtuoſo la uera lode ſia douuta, che meriti lode ſolamente chi opera uirtuoſamente.

Tuae sapientiae est, ueram laudem in una uirtute positam, sitam, locatam, constitutam existimare, in una uirtute consistere, ab una uirtute pendere, nasci, fluere, manare, proficisci.

Chi non ha in compagnia la uirtù, facilmente è uinto dalla fortuna: non sostiene i colpi, e le percosse della fortuna, chi è disarmato della uirtù, chi con l'armi della uirtù non si defende.

Cui comes uirtus non est, in animo facile cadit a fortuna percussus: ictus fortunae ferre non potest, qui tectus uirtute non est, qui uirtute munitus non est, qui se uirtutis armis non tuetur: sine uirtute infirmi sumus, male muniti, aperti aduersus fortunae uim: facile uincimur a fortuna, uirtutis praesidio destituti, absente uirtute, nisi adsint uirtutis opes.

Virtù, con gran forza.

La uirtù può ogni cosa, è padrona, è regina del tutto, regge, e gouerna l'uniuerso, soprasta a tutte le cose humane, uince chi è piu potente, supera tutte le difficultà, sprezza ogni durezza, passa per ogni strettezza, illustra tutte le tenebre, essa a niuna cosa, & a lei ogni cosa è soggetta.

Summa uirtutis potestas est: praeest uirtus cunctis rebus humanis, regit omnia, temperat, moderatur, administrat: omnia sunt in potestate uirtutis: ipsa nemini, ei omnes, & omnia parent: uirtus late dominatur, regnat ubique locorum, imperium habet in omnes res, uim habet infinitam, ualet ad omnia, assequitur omnia, summum possidet ius, uin-

cit

cit omnes opes, omnes ſuperat difficultates, duriſſima quaeq; perrumpit, quaslibet anguſtias, quaeuis clauſtra pertranſit, illuſtrat omnes tenebras, lucet in tenebris, pulſa loco manet, non ſurripitur furto, non eripitur ui, non uetuſtate ſeneſcit, non incendio corrumpitur, nullis capitur inſidijs, nullos fortunae caſus extimeſcit, plane omnium rerum domina, omnium regina eſt.

Virtù, con utilità.

La uirtù gioua grandemente e nella buona, e nella rea fortuna: in ogni ſtato di fortuna grande frutto ſi coglie della uirtù: porge la uirtù piu che mediocre utilità in ogni tempo.

In utraq; fortuna maximus ex uirtute fructus capitur, percipitur, colligitur: uirtus tum in aduerſa, tum in ſecunda fortuna uberrimos fructus affert: magnas utilitates in omni fortuna parit uirtus: aduerſis pariter, & ſecundis in rebus commoda proficiſcuntur ex uirtute multum: ſemper utilis & fructuoſa uirtus eſt: numquam utilis uirtus non eſt: in omni tempore iuuamur a uirtute, imbecilli confirmamur, iacentes, & afflicti excitamur, ſubleuamur, erigimur: ecquando non utilis uirtus eſt? ecquae utilitas cum uirtutis utilitate conferenda?

Virtuoſo huomo.

Tu hai acquiſtata cõ le tue fatiche e uigilie la uirtù: le tue fatiche e uigilie ti hãno fatto poſſeſſore della uirtù: delle tue fatiche e uigilie è nata la tua uirtù: non

sarcsti uirtuoso, come sei, se tu non haueßi durate e sostenute le gran fatiche, e uigilate molte notti.

Tuis laboribus, ac uigilijs uirtutē tibi peperisti, comparisti, parasti, consecutus es, adeptus es: tui tibi labores & uigiliae uirtutem pepererunt: magnis laboribus, & uigilijs consecutus es, ut uirtutem poßideas, ut uirtute floreas, ualeas, polleas, excellas, antecellas, praestes, fruaris: tuam uirtutem tuis laboribus & uigilijs referre debes acceptam: tibi ipsi, tuisq. laboribus tuam uirtutem debes: non hoc uirtutis in te esset, istam uirtutem non haberes, non teneres, non poßideres, nisi labores grauißimos & suscepisses, & pertulisses.

Viso finto.

Il uiso inganna: la faccia è bugiarda: discorda l'animo dal uiso: non è il uolto uero messo dell'animo: con la falsa apparenza del uiso l'intrinseco dell'animo si cuopre: una cosa il uiso dimostra, & un'altra nell'animo sta nascosta.

Fallit uultus, mentitur, fraudem facit, in fraudem inducit, decipit: dissentit animus a uultu: non conuenit animus cum uultu: index animi uerus non est uultus: falsa uultus imagine, ficta specie dißimulatur animus: aliud uultus praesefert, aliud animus celat, occultat, tegit, aliud in animo latet: tegit animum uultus: mendax uultus est: latet animus in uultu: uultu, quasi uelo, aut inuolucro animus obtegitur, atque obtenditur: ueram imaginem animi uultu non praefert: sensus animi cum specie

uultus

uultus minime congruit, minime conſentit.

Vita.

La uita deue eſſer cara dopo l'honore, in pregio piu di tutte le coſe, eccetto l'honore.

Omnium rerum, honore excepto, prima eſſe, cariſſima, antiquiſſima uita debet: ſecundum honorem, poſt honorem, honore excepto, ſi honorem exceperis, nihil eſſe debet uita prius, potius, carius, antiquius: primas ſibi partes poſt honorem uita uindicat: primae partes uitae debentur, honore tamen excepto.

Non all'honore ſolamente, ma alla uita ancora è d'hauere riguardo: con l'honore è da prezzare la uita: deueſi attendere alla uita parimente, & all'honore.

Saluti pariter & honori conſulendum: ducenda ſimul ratio eſt & ſalutis, & dignitatis: non dignitatem magis, quam ſalutem ſpectare debemus: ſalutis ratio cum dignitatis ratione coniungenda: quaerenda, amanda, expetenda ſine ſalute dignitas non eſt: non eſt a dignitate uita ſeiungenda: decet ſtudere dignitati, cum eo tamen, ne ſtudium uitae negligatur.

Vita ben principiata.

Buon principio hai fatto della tua uita: lodeuole principio hai dato alla tua uita: con principio honorato hai cominciato la tua uita: ottimo partito hai preſo nel principio della tua uita.

Sapienter uitam inſtituiſti: optimum curſum cepiſti: optimam partem elegiſti: exordium uitae prae

clarum fecisti: egregio uitam principio iniuisti.

Vita riposata.

Farò, che uiuerai uita riposata, che riposerai, uiuerai quietamente, sarà quieto, e piaceuole il corso della tua uita, niuna molestia sentirai, niuna amaritudine gusterai.

Praestabo tibi otium, quietam uitam, tranquillam, facilem, alienam ab omni cura, uacuam omni cura, omnium expertem perturbationum, ab omni molestia remotam, seiunctam, segregatam, disiunctam: efficiam, ut quiete uiuas, ut quietam uitam ducas, facilem ut habeas & expeditum uitae cursum, tranquille prorsus ut agas, ut omni molestia uaces, ut otio fruaris iucundissimo, commodissimo, uberrimo, ut otiose uiuas.

Viuere.

Chi è che non desideri di uiuer lungamente? di hauere lunghissima uita? di fornire tardi il corso della uita? di tardi morire? di tardi uscire di uita? di non presto uedere il fine, il termine, l'ultimo giorno, l'ultima hora della uita, quell'ultimo giorno, che la uita chiude, quell'ultima hora, che pon fine alla uita?

Ecquis est, qui diuturnam uitam non amet, non cupiat, exoptet, expetat? cui diuturna uita non placeat? quis diu uiuere, diu uitam agere, diuturnam ducere, traducere, uitam agere, transigere, uiuere, diuturna lucis usura frui, diu inter homines agere, cum hominibus uersari, in terris morari non cupit?

Viuere aſſai.

Ho uiuuto aſſai: aſſai lungo è ſtato il corſo della uita mia: poſſo contentarmi di quanto ho uiuuto: non mi dolgo di eſſer uiuuto poco.

Satis diu uixi: aetatis uixi: uitae ſatisfeci aetate: ſatis longe uitam produxi, ſatis lõgum uitae ſpatium peregi: non me paenitet, quantum uixerim: curſum uitae minime breuem peregi: uixi uitã ſatis diuturnã: hoc uitae ſpatio cõtentus eſſe poſſum: nõ moriar immaturus: non auellar immaturus a uita.

Non ſo, s'io uiuerò tanto: non ho certezza di poter uiuer tanto: dubito, nõ tanto oltre ſi ſtenda la mia uita: nõ poſſo promettermi ſicuramente tanto di uita.

Optandum eſt, ut ad id tempus ducere ſpiritum poßim: incerta ad illud tempus uita eſt: uereor, ne non tam diu uiuam, ne non uſque eo uitam producam: uitam quis mihi praeſtat ad illud tempus? explorata mihi ad eam diem uita non eſt.

Viuere in miſeria.

Viſſe in miſeria, e morì con gloria: fu miſera la uita, e glorioſa la morte: chiuſe la ſua miſera uita con honorata morte: fu coſi bella la morte, come infelice la uita: compensò le miſerie della uita la gloria della morte.

Vt miſere uixit, ita perijt honeſte: miſerrimam uitam mors praeclara terminauit: uitam infelicem egregio mortis genere concluſit: acerbitates uitae multas una peregregiae mortis hora compenſauit: uitam uixit infelicem, praeclaram uero

mortem

mortem obijt: miserias in uita sustinuit, decus in morte tulit.

Volontieri.

Molto uolontieri cõcedo, che tu lasci gli studi, essendo mal sano: io ne son contento: largamente ti cõcedo.

Cum sis ualetudine infirmus, me perlibente usum studiorum dimittes, summa mea uoluntate studia depones: libentißime tibi largior, perlibenter concedo, utraque manu do, ut a studiorum consuetudine te seiungas: te a studijs discedere, facillime pãtior: in studijs omittendis, cum tuo sensu meus quoque sensus congruit.

Vsanza.

Questa è l'usanza, il costume, l'uso, l'ordinario, quel che si costuma di fare, si usa di fare, così porta il costume.

Translaticium hoc est, usitatum, in more positũ, more comparatum: mos obtinuit: mos inualuit: moris est: consuetudo ita fert: more fit.

Vsare.

Sono usato alle sciagure, e però non sento: men graui, meno acerbi mi sono gl'infortuni, per esserui auezzo, per hauerne prouato molti.

Malorum usus mihi sensum ademit: leuiora uidẽtur, quae diu sustinui mala: occaluit iam animus diuturno malorum usu: callum obduxit animo meo diuturna calamitatum consuetudo, sic, ut minime sentiat, ut sensu prorsus uacet, ut sensum amiserit.

Vſcire.

Tu non eſci mai di camera.

Numquam egrederis cubiculo: pedem e limine cubiculi numquam efferſ: extra cubiculum nemo te unquam uidet: perpetua tibi ſedes cubiculus eſt.

Vſcire di fatica.

Io ſon' uſcito di una grandiſsima fatica: ho fornito una gran fatica: ho condotto a fine, ho poſto fine, dato fine, meſſo fine ad una gran fatica.

Perfunctus ſum labore grauiſsimo: labori finem feci, finem impoſui: laborẽ terminaui, ad finem, ad exitum perduxi: laborem ſuſtinui, quoad oportuit.

Vtile.

Fa come hai cominciato, ſe ti è utile, ſe ti gioua, ſe ti torna bene, ſe l'utile tuo te ne conforta, ſe utilità te ne ſegue, ſe alcuuno acquiſto ne fai, ſe ti è di gio uamento, di utile, di commodo.

Perge, ut cœpiſti; tene tuum inſtitutum; tene, quem cœpiſti, curſum; qua ire uia cœpiſti, ea perge; tuam conſuetudinem tuere, ac ſerua; ſi tibi utile eſt, ſi utilitas tua ita fert; ſi ſuadet utilitas; ſi e re tua eſt, e commodo tuo, ex uſu tuo; ſi ratio rerũ tuarum ita poſtulat; ſi tibi conducit, expedit, prodeſt, bono eſt, emolumento eſt, utilitati eſt, commodo eſt; ſi eſt, ut utilitatem capias, fructum feras, percipias, colligas; ſi fructuoſum eſt.

All'utile, & all'honor tuo grandemente penſo: penſo grandemente a giouarti: ſto con l'animo fiſo all'util tuo: miro aſſai al tuo bene.

Toto animo de tuis commodis, ornamentisq. cogito: tuam utilitatem aßidue ſpecto: haeret in animo meo de tuis commodis aßidua cogitatio: ſi quid e re tua eſt, id maxime laboro: tuae mihi res, tuae fortunae curae uehementer ſunt: tuae rationes quid poſtulent, numquam non attendo; omnis mihi de te, tuisq. commodis cogitatio eſt: tuam utilitatem meae ſpectant cogitationes omnes: meas curas ad tuum comodum omnes contulit: animus meus in tua utilitate fixus, & locatus eſt.

Fù l'eloquenza a Cicerone di ſomma utilità, di giouamento, di molti commodi cagione: giouò molto a Cicerone l'eloquenza: partorì buon frutto l'eloquenza à Cicerone.

Fuit Ciceroni eloquentia ſummo emolumento, peperit emolumentum, commoda, utilitatem, copias, optima quaeque, emolumentum attulit, profuit, fructum dedit, tulit, attulit, comparauit: magnum ex eloquentia fructum Cicero tulit, cepit, percepit, collegit, conſecutus eſt: admodum Ciceroni fructuoſa fuit eloquentia, utilitatis eximiae, cõmodorum neque paucorum, neque mediocrium.

Non è utilità maggiore: niuna coſa è di maggior frutto, di maggior utile.

Nihil eſt uberius, fructuoſius, conducibilius, ad utilitatem praeſtantius, maioris emolumenti, unde plus manet utilitatis, plus emergat commodi, plus exſiſtat emolumenti: nihil eſt e re magis: nihil magis ad rem pertinet: nihil pluris eſt: tantum con

tinet

tinet utilitatis, quantum fortaſſe ulla res praeterea, quantum haud ſcio an nulla res praeterea.

Figliuol mio, le lettere ſempre di utile, ſempre di piacere ti ſaranno: non ſia mai, che le lettere non ti giouino: non breue utilità, ma eterna dalle lettere ti naſcerà.

Mi fili, ſemper uſui, ſemper delectationi litterae tibi erunt; fructum tibi afferent, & uoluptatem in omni uita; numquam non utiles, numquam iucundae non erunt; te ſemper commodis, ſemper uoluptate afficient; iuuabunt pariter, & oblectabunt in uniuerſo tuae uitae curſu: uitae tuae par, atque adeo longior litterarum utilitas & uoluptas erit.

IL FINE.